

1671.

28^o, b, c. Simon, Johannes Georgius : Tuta patrinorum.
3 Sampt. 1671 : 1678.

29^o, b, c, d Simon, Joh. Georg : De jurebat obstetricium.
4 Sampt. 1671, 1678 : 1740.

30. Stranchius, Johanes, Collegii Juridici Decanus : ad lectio-
nem cursoriam Ephraimi Wagneri invitat.

31. Stranchius, Johanes : Collegii juridici... Decanus :
ad lectioinem cursoriam Fausti Vogleri invitat.

32. Stranchius, Johanes, Collegii juri duci... Decanus :
ad Dissertationem in ang. Iohannes Caroli Macini invitat.

33. Stranchius, Johanes, Collegii Juridici... Decanus :
ad Disputationem in ang. Iohannes Schilleri invitat.

34. Stranchius, Johanes, Collegii Juridici... Decanus :
ad Disputationem in ang. Philippi Christiani Beini invitata.

35^o, 1^o Stranchius, Johanes : Dissertationum acdemicarum prior,
quae est de restitutoria actione.

1671

36. Shanchius, Johannes: Dissertationem acutissimam postea
2102, continuas reliquias duas actiones, estimatarian ^Y
... et in factum.
37. Shanchius, Johannes: Consideratio de eo, quod certo loco
dans aportet.
38. Shanchius, Joh. : De modo appellandi ad causam
dei Imperialium.
- 39, 6, c Shanchius, Johannes: De appignorationibus Imperia-
libus. 3 Sept. 1715, 1742 & 1743.
40. Shanchius, Fr. : De auctoratis sine privilegiis
Iacobi Rom. Imp. processum instantiis.
- 41st Shanchius, Johannes : De jure maritorum in uxores
usque manus.
- 42nd Shanchius, Johannes : Disputatio publica et fil. XLI
libri VI Consil. de personis incertis constitutorum Imperitiam.
2 Sept. 1871 et Januaria 1714. cum brevi de vita Shanchii
narratione. auctore Laurentio Auren Hamburgero.

73. Strauchius, Ad. : Praesentia imperii portu
is sit.

74 Strauchius, Jakobus : De hostiis.

75. Strauchius, Jakobus : De actis publicis sine justi-
cralibus

163

165

166

1

3

37.

38

39:

70

81

4.

786.
1
1671, 28^b
2
f. f.
PATRINOS

Die
Gevatterk

PRÆSIDE
JOH. GEORG. SIMONE. D.

EXHIBET
JOHANN. JACOB. WÖHL
ERFURTO. THURINGUS

JENÆ.
LITERIS MÜLLERI. LXXIX.

32.
B 107

ПАГАНИНОС



JOH. GEORG. SIMONE D.

ИЗДАВАЕТ АНТОНІЙ ПАГАНИНОС

САНКТ-ПЕТЕРБУРГ
ВЪ САЛОНѢ АНТОНІЯ ПАГАНИНОСА
САНКТ-ПЕТЕРБУРГ

1805



L. S.



Rduum jam profectò opus,
varieque, ut reor, haec tenus inter eru-
ditos reciprocatum Tibi, piissime Le-
ctor, propino; tum maximè quod me
nequicquam lateat, illud, uti in praxi
inter nostrates receptissimum, ita vete-
ribus Juris utique diversi spinis vexa-
tissimum evasisse; Patrinos Tibi sisto, quorum nec nomen,
nec ipam realitatem delicate apud antiquos Latinitati
cognitam fuisse, multi subinde vociferantur; adeò quidem,
ut nisi me, penitus sc̄re desperatum, fiducia Tuæ, quam
mihi promitto, benevolentiae exexistet, jamdudum cala-
num fecisseni obtusorem, quid: planè dedissem devi-
tum; Sed cause confido jussissimæ, quam exercitium hæc
vix puericum efflagitat, Deusque quem semper imploro,
clementissimè secunder!

CAPUT I.

PATRINORUM ONOMATO- LOGIAM, DESCRIPTIONEM, FUNDAMENTUM ET CAUSAM EFFICI- ENTEM EXHIBENS.

S. I.

Unde rō Patrinus dictus, & an vocabulum sit satis
Latinum, veteribusque Doctoribus Classicis cogni-
tum, alii, me non obstante, fusius disquirant. Sa-
A 2 ne

ne Patrinorum & Matrinarum appellationem sero, fort
 que seculo IX. coepisse, existimat Amalar. in Capit. Carol.
 M. & in vit. S. Otton. lib. 2. cap. 15. Similiter Vossius, te-
 ste Dn. Gerhard. van. Mastricht. in Tractat. de Suscepto-
 rib. p. m. 13. haec nomina ex eo adinventa esse putat, quod,
 qui e sacro fonte alterum elevant, cum quodammodo ad-
 optant, non bonorum ratione, sed curæ paternæ, quæ im-
 penditur adhoc, ut in religione Christianâ plè educetur.
 Quicquid hujus rei sit, contentus haec vice ero, quod sci-
 am, haec vocabula, utat forsitan non Juri Civili, vel ve-
 teribus Autoribus Latinorum; attamen Juri Canonico, c.
 200. in Catechismo, Distinct. 4. de Consecrat. Juris item
 Consultis & Consistoriis nostris, similiter praxi quotidiana
 esse maximè cognita, quid? quod usitatisima, vid. Be-
 nedit. Carpzov. in Juri prudent. Consistorial. lib. 2. defini.
 268. & seqq. Malant equidem multi nostrum patrino-
 rum & matrinarum loco substituere cum Gerhard. Loc.
 Theolog. de Baptism. n. 268. p. m. 344. patrinos, matrimas-
 que, quippe cum & haec vocabula pristinis Autoribus fu-
 erint magis nota, tametsi applicatio ad susceptores eosdem
 latuerit. Sed placet in hoc sententia Mastricht. p. m. 14. qui
 patrinos & matrimas dicit eos, qui patrem aut matrem
 habent superstites, quod confirmat Cicer. ab Arusp. in
 verb. Si puer ille patrimus & matrimus terram non tenu-
 it. Eadem leguntur apud Rosm. Antiquis. Roman. lib. 3.
 cap. 31. verb. Flaminii vel Flaminie. p. m. 204 De his inquit
 Illes, in hunc modum scribit Fests: Camillus
 puer dicebatur ingenuus, patrimus & matrimus, qui Fla-
 minii Diáli ad sacrificia præministrabat. Antiqui enim mi-
 nistros Camillos dicebant. Flaminia dicebatur sacerdotu-
 a, quæ Flaminicæ Diáli præministrabat, eaque patrima-
 tus & matrimus in primis erant. & ma-

& matrima erat, hoc est, patrem & fratrem adhuc vivos.
Habeat &c. Videtur igitur hic errore natus ex imperitia
scribarum, in seculis anterioribus, literam *m.* pro *n.* in de-
scribendo vocabulo *patrinus* substituentium. Invenimus
etiam vocabula patritii & filiotii apud *Alexand. de Imol. ad*
L. generaliter ff. de in ius vocand n. s. p. m. 39. b. quæ ta-
men parum curatae.

Aliis nominibus sapientia Patrini (idem semper obser-
vatum volumus de Matrinis, cum earundem in roto hoc
discursu eadem conditio sit) ab Autoribus, & Jure tam
Canonico, quam Civili indigitantur: Vocantur siquidem
avatores, suscepentes & susceptrices, tametsi quondam a-
lia personæ susceptorum & susceptricium fuerint, qua-
nimirum baptizatum madidum ex aquâ, pro sexus varie-
tate, suscepibant, quod postea ad diaconos & diaconissas
pertinuisse videtur) patroni, patronæ, adducentes, offeren-
tes, fideiunctores, fideiunctores vel potius fideiunctores, nu-
tritii ac paedagogi hominis baptizandi, gestantes, porri-
gendas. Propatres, Compatres, (quasi cum patre patres
vid. cap. tuanos. 7. x. de cogn. spirit. Augustin. Ep. 23. Schnei-
der. ad S. panale. 12. n. 42. Inst. de Action. Speckhan.
Quasi, iur. cent. 1. q. 5. n. 14. Speciel. notab. jurid. verb.
Gevattern) commatres, fideiunctores, sponsores, vades,
patres spirituales pueri. Raul Laymann, Theolog. Moral.
tom. 2. lib. 5. trahit. 2. cap. 9. num. 1. pag. 319. vulgariter lan-
cili, vid. Evid. de Bays. ad can. in Catechismo. distinct. 4.
de consecrat. immo simpliciter patres, (licet patris appellatio
olim non tantum ad suscepentes, sed & ad eum, qui bapti-
zabat, referretur. Amalar. l. c. 24. in fin. de divin. offic.)
Germ. Paten/ Gevattern. Gall. Compere, commere; de-

A 3.

qui-

6.

quibus omnibus ex professio egit Dn. Mastriche. l. c. ad. 1.
Cap. Einck. 1.5. Disput. Gieffens. 13. n. 66. & seqq. q. 2. p. m.
292. Amalar. Fortunat. de offic. divin. l. I. c. 24. 29. & 38.
Augustin. de pecc. merit. l. I. c. 34.

S. III.

Describuntur alias Patrini, quod sint Personae habiles,
festuum loco in administratione baptismi adhibita, quæ
baptizandi curam, quo bonus imposterum Christianus
evadere queat, tcoram sacerdote interrogante spondent.
Coincidit cum hac delineatio Layman. l. c. quod sint qua-
si spirituales patres, nutriti ac paedagogi hominis bapti-
zandi, qui eum ob solennem sponsionem suam, accedente
etiam Ecclesiæ præcepto, in Christiana fide instruere; præ-
sertim symbolum & orationem dominicam edocere obli-
gati sunt, juxta c. vos ante. distin. et. 4. de Consecrat. Au-
gust. serm. 215. de Temp. Thom. quest. 67. art. 8. Prioribus
quidem temporibus unum genus Patriorū extitisse
constat, postmodum, aut̄is ceremoniis necessitateque
sæpius sic lavente, immo & Jure Canonico, uti patescit ex
t. t. de Cognat. Spirit. & dis. 4. de Consecrat. triplex Pa-
trinorum ratio instituta fuit, adeoque dabantur iidem vel
occasione baptismi, (quod propriè infantibus competit) vel
Cathechismi, quod apud adultos moris erat) vel con-
firmationis. Illi partim rogabantur à parentibus. Dn. Zieg-
ler. ad Inst. Lancellot. l. 2. t. 5. §. 6. p. m. 339. ex Augustin. Epist.
23. ubi cum interrogat CoEpiscopus Bonifacius; quid est
illud, quod quando ad baptismum offeruntur, pro eis pa-
rentes tanquam fideiſtores respondent: partim etiam spon-
te sacerdotibus offerebant infantes, forte expositos, paren-
tibus orbatos, vel alias sub Gentilissimo degentes & educa-
toſ, confer. Augustin. ad Bonif. Ep. 23. Patrios ex Cathe-
chismo

chismo sibi meti sis adulti quarebant, adhibita instantis
licitatione, ut ad Sacerdotem ducerentur, vitaque omnis,
quam deinceps adulii sunt, patrini curam susciperent: Li-
tet quoque Patrinos ex Cathechismi, qui baptismio pre-
mitti soleat, instructione pro infantibus olim responsisse,
affirmet Henric. Zoes, ad. t. X. de Cognat. Spirit. n. 13. p.m.
417. De his patrinis sequentia tradit Dn. Ziegler, ad Insti-
tut. Jur. Canon. Lancelot. citat. l. 2. t. 4. §. 4. p.m. 337. Cathe-
chismi examen baptismiso premitti solebat & ferutinum
dicebatur. Adulti quidem in ejusmodi examine ipsi ad
interrogationes respondebant, & diabolo eisque operi-
bus renunciabant. Pueri quoque ipsi ore suo acceptam
catechismi doctrinam recitabant, patrinorum tamen, quos
vocant, seu susceptorum paſſidio aliquo opus habebant;
quare cum ad confessionem edendam seſſerent, pedem
suum susceptoris pedi imponebant. Instantes vero & par-
vuli, qui a susceptoriis gessabantur, ipsi professionem
fidei edere non possebant, & idcirco nomine eorum respon-
debant patrini seu susceptores, add. Cujac. ad cap. 5. N. de
cognat. spirit. Parrini confirmationis, quorum sepius men-
tionem inicit Dist. 4. de Conſecrat. c. 100. seqq. tunc de-
rum introducti dicuntur, cum in Sacramentum abi-
ſſer imaginis confirmation baptismi accepti, quae pri-
mum manus impositione, post olei simplici puritate, tan-
dem christmate fiebat juxta & expediebatur.

§. IV.

Fundamentum eorum in iure nostro videmus in l.
36. C. de Nupt. t. t. X. de Cognat. Spirit. can. 1. ita diligere.
& seqq. 30. q. 3. can. si quis ex uno. 33. q. 4. Can. 100. in Cate-
chismo can. 10. non plures. can. vos ante omnia. 105. &
seqq. Distinct. 4. de Conſecrat. can. parvenit. 18. q. 2. Inst. Jur.
Canon. Lancelot. l. 2. t. 4. §. 4.

§. V.

§.

§. V.

Causam efficientem simul ac originem Patrinorum, præcise talem, nescimus. Tempore Squidem Johannis Baptitæ Christi, (uti vult Ludolph. Sax. lib. 1. de vit. Christ. c. 24. ap. Maastricht. p. m. 15.) ejusque Apostolorum, (ut tradit Vicecom. de antiqu. baptism. rit. l. 1. c. 30.) altum de hisce personis ubique erat silentium, tacente præsertim ipsa Scripturæ Sacrae paginâ; Quare primam eorum mentionem fecisse volunt Tertullianum de Baptism. cap. 18. fol. rentem in seculi, post Christi incarnationem, tertii primordio. Sunt tamen normalli (quos operose refutat Maastricht. de Suscept. p. m. 23.) qui cum Brocm. in art. de Baptism. scđ. fin. quem citat. Carpz. in Jurispr. Consistor. lib. 2. tie. 17 Defin. 268. n. 3. horum originem referunt ad Higinum, nativitate Atheniensim. X. Ecclesiæ Romanæ Episcopum, qui, cum viveret, juxta Johann. Cluver. in histor. sub vita Anton. Pitt. p. m. 252. Euseb. Chronic. & lib. 4. Eccles. cap. 8. addat Jacob. Ayrer. in process. histor. p. 1. c. 7. Obj. 3. n. 12. cum Platin. in vit. Higin. Chyrr. sup. Johann. cap. fin. circa annum Christi 140. jussit, antequam sanguinem pro veritate funderet, ut Pius & mox Anicetus, cum reliquis Romanorum Præsulibus, hortarentur fugitivos hinc inde, & jam jam dilaniandos Christianos, quo in gravissimum illis persecutionibus, in quibus liberi parentibus eripiebantur, adhiberentur certi testes baptismi infantibus administrati, quibus etiam demandabatur, ut parentibus sublati infantem in doctrinâ Christianorum erudiendum curarent.

§. VI.

Tametsi quoque suprà citatus Eusebius lib. 7. cap. 20. & lib. 8. c. 21. referat occasionem huic patrinatui præbuisse

ille

buisse baptismum catechumenorum , quod suscep^{tatores} testes & sponsores eis destinati fuerint , qui de eorum fide & baptismo testificarentur . Cum quo consentit Job . *VVinkelmann . tom . 3 . Disp . Giessens . th . 12 . num . 56 . p . m . 377 . in verb .* Atque hinc mos ille in Ecclesia obtinuit , ut patrii ac suscep^{tatores} interrogati in persona infantis : Abtenencias Satanae ? Credis in Deum Patrem , & Filium , & Spiritum sanctum ? Respondeat , abrenunciatio , credo . Quod non est ridiculum & inane spectaculum . Nihil enim aliud illi testantur & spondent , quam quod Christus ipse parvulorum nomine testatus est , & pro eis spondit , cuius sponsionis & confessionis summam illi repetunt . Aliam opinionem recenset *Balduin . in casib . conscient . lib . 2 . c . 9 . cas . 8 . p . m . 413 .* huic adhibendorum patrinorum ritui ansam præbuisse parentes , qui ex Gentilismo ad Christianam religionem recens conversi fuerant , qui vel ob ignorantiam non potuerunt , vel ob incuriam noluerunt infantes suos

in verâ fide Christianorum educare, ideo alii,
 qui melioris essent iudicij, electi sunt, qui non
 saltem de baptismo infantis testarentur, sed &
 curam educationis in verâ fide susciperent. A-
 lias Judæi olim in circumcisione habebant &
 adhuc habent suum testem, quem patrem fo-
 deris appellabant, *vid. Buxtorff. in Lexic.
 Talmud. col. 1512. Pirk. Rabb. Eleaf. cap. 19. Et
 Dedeckenn. Consil. Consist. vol. 1. part. 2. lib. 2. sect. 5.
 num. 9. p. m. 459.* Unde quoque Immanuel.
Tremell. ad Es. cap. 8. vers. 2 putat, ritum hunc
 adhibendi patrinos in Ecclesiâ Christianâ pro-
 fectum ex ritu Judæorum, qui similiter testes
 adhibuerunt de imposito nomine cum infans
 circumcidetur. Eo enim die nomina in-
 fantibus imposta fuisse ex antiqua traditione
 notum est, *vid. Dr. Ziegler. ad Instit. Jur. Ca-
 non. l. 2. tit. 4. §. 4. p. m. 337 ex Richard. Mon-
 tacut. de Origin. Eccles. part. 1. p. m. 83. Et 104.*
 prout etiam Christiani eo tempore, quo ba-
 ptizatur infans, nomen imponere solent.

C A P. II.

CAPUT II.

PATRINORUM SUBJECTUM ET OBJECTUM DELINEANS.

§. I.

Materia in qua, sive subjectum patrinorum requirit personas pias, honestas, sive majorennes, sive minorennes existant, *Navarr. lib. 4. consil. 2. de cognat. spirit. edit. 2. Henriquez. lib. 12. cap. II. n. 2. Sanchez. lib. 7. disp. 61.* dummodò sint ejusmodi intellectus & atatis, ut opus hocce tam arduum ritè peragere valeant, quos ad minimum catechismum eductos esse, & ad sacram synaxin accessisse oportet. Singulariter hoc monet supra citatus *canon. 105. distinct. 4. de consecrat. ubi: vos ante omnia, tam mulieres, quam vivos, qui filios in baptismo suscepistis, moneo, ut vos cognoscatis fideiustiores apud DEum extitile pro illis, quos visi estis de sacro fonte suscipere, ideoque semper eos admonete, ut castitatem custodian, justitiam diligent, charitatem teneant.* Ante omnia symbolum & Orationem Dominicam & vos ipsitentes, & illis, quos suscepistis de sacro fonte, ostenditis. Conspirant cum hoc F. M. K. O. cap. 3. §. in verbis: Sonst auch solche Gevattern gebeten/und die Leute von denen Predigern dahin erinnert werden/ob des Verstandes um des Alters seyn/dz sie solches Christliche Werck verrichten können. Darum keine Person/so nicht den Catechismum gelernt/und zur Communione gewesen/zur Gevatterchaft zu verstatten. Sereniss. Elect. Sax. General Alroticke / eis. 6. apud Dn. Fritsch de Jur. Eccles. part. 3. pag. 65.

C

Nach

(18.)

Nachdem auch an etlichen Orden ein Missbrauch eingez
rißt / daß junge Leute ; die selbst noch Kinder seyn / zu
Patent gebeten werden / so die Kinder nicht halten können /
auch die Ursachen nicht verstehen / was der Patent Ampe
auff sich trägt / sollen hinsühro die Pfarrer und Kirchen
diener deshalb das Volk errinnern und vermahnen /
solche Gevattern zu bitten / und bey der heiligen Tauffe
zu stellen / die des Alters und Verstandes seyn / daß sie sol
chen Actum mit Ernst verrichten können. *Ordin. Eccles.*
Saxon. Elec. cit. 6. §. 6. ap. cit. Dn. Fritsch. p. 203. Zu Gevati
tern soll man niemand / der des Heil. Abendmahls sich
noch nicht gebräuchet / bitten / auch sollen junge Leute /
welche zu Gevattern zum ersten mahl stehen / zuvor bey dem
Pfarrer sich persönlich anmelden / was von der Tauffe
sie verstehen / bericht geben / und auf bedrßen Unterwei
fung bekommen. *add. König. CC. app. p. 122. Alcuin. lib. de*
offic. divit. Tom. X. Bibl. P.P. p. m. 262. Dn. Ziegler. ad Inst. Jur.
Canon. l. 2. t. 4. §. 4. p. m. 337.

§. II.

Dissentit quidem præter Abb. ad c. debitum. num. 3. de
Baptism. *Gisbert. Voet. polit. Christian. p. 1. l. 2. tr. 2. f. 3. c.*
4. q. 6. qui ætate minores penitus à patrinatu exclusos vult :
quoniam ipse met tutela & cura aliorum indigent in fidei
institutione. Quod si ergo in temporalibus non admittuntur
minorennes ad tutelam *l. 1. ff. de Minorib.* quomodo ad
mittuntur in spiritualibus? Præterea videtur secundum eum
dem, puerorum, præsertim Principum & Magnatum, patri
natus, ob munera, aliaq; commoda de hoc seculo, sive præ
entia, sive sperata, introductus, aliquam cognitionem habe
re cū canoniciatum, episcopatum, abbatiarum, & regalium
acerdotium collatione, quia pueri, si non infantes, in regno
sapali gaudere solent. Sed nos salva aliorum sententia, non
arbi-

arbitramur, abs' utam h̄ic argumentationē fieri posse à tutela ad patrinatum. Tutores etenim dantur, ut statim parente naturali vita defuncto, tām personam pupilli gubernent, quām bona ejusdem administrēt; patrini verō, ut testes potius sint baptismi legitimē administrati, quod testimonium quoque ab iis, qui minorennes sunt, expediri potest, posito, quod ad adultiorem aetatem pervenerint: major siquidem de iis, quae in minorenitate videntur, optimē attestatur. Nec obstat, quod patrinus insimul in administratione baptismi promittat, se infantis salutem vitamq; moratam temporalem curaturum: quoniam in minore h̄ec promissio maxima ex parte eventualiter se habet, acceditque vel gubernationi patris, si ille adhuc vivat, vel tutoris, si pater evīvis fuerit sublatus: hinc non semper requiritur, ut minor a & u curam suscipiat baptizati, sed pr̄sumitur, parentem voluisse tacitam hanc conditionem adjicere, si scilicet ad majorenitatem pervenerit; perinde, uti tutor dari potest à parente minor, cum hac expressa adjectione, si major factus sit, non refragante §. 13. *Inst. de Exc. tutor.* qvum medio tempore administrationē suscipiat dativus. Eadem est ratio filiorum Magnatum, quibus licet apud Pontificios concedatur Dignitas Episcopi, Abbatis, Prælati &c, attamen administratio sacrorū & territorii Ecclesiastici usq; ad majorenitatem semper differtur. Præterea lubenter credimus, expediti⁹ officium patrionū celebrari à majorenibus interim exinde non sequitur, minorennes probe sibi constantes, saniq; intellectus ab hoc munere esse penit⁹ removendos. Contendit insuper *Synod. Coloniens. A. 1536. can. 4.* profectæ aetatis sponsores eligi debere, nō impuberis; ne sc̄ videatur infans infantē offerre, ac sponsorē se Deo pro alio constituere, qui, quod promittit, nō intelligit, ideoq; multò min⁹, quod non intelligit,

(20.)

git, docere potest. Sed licet hæc de impubere exesse confirmemus, cum Laymann. l. c. num. 2. attamen exinde nondum sequitur: Ergo minor, atque impubertate egressus patrinus esse nequit. Quin potius hoc modo formabimus argumentum: quicunque sacræ Cœnæ participes fieri potest, ille non debet removeri ab hoc munere patrinatus, per ea, quæ tradit Synod. Londenensis Ann. 1603. can. 19. Atqui minor Sacræ Cœnæ participes fieri potest, immo totâ die ipso aetatu (attestante manifestissimâ experientiâ) participes fit; Ergo ab officio patrinatus removeri non debet. De suscep-
toribus decrepitæ ætatis vid. Pruckner. cent. 5. q. 53.

§. III.

Excluduntur itidem in Jure Canonico Abbates, Monachi & Moniales, (non tantum solitudinem colentes) & sibi solum, non aliis vacantes, uti putat Ægid. Coninck. 3. p. q. 67. a. 7. num. 56. sed omnes religiosi, saltem claustrales, Sanchez. lib. 7. de matrim. D. 60. n. 21. p. m. 202.) quibus de baptismo non licet filios suscipere, vel compatres commatres sibi facere, vel sc̄minas osculari, can. 103. can. 104. distinet. 4. de Consecrat. ibique Guid. de Bay. Jung. cap. 4. huj. Dissert. §. 8. q. 10. Idem repetitur in c. pervenit. 18. q. 2. in verb. Pervenit ad nos, quod in monasterio tuo passim mulieres ascendant & (quod adhuc est gravius) monachos tuos sibi commatres facere, & ex hoc incautam cum eis communioam habere. Ne ergo hæc occasione humani generis inimicus sua eos (quod absit) calliditate decipiatur; ideo hujus te præcepti serio com-
monemus, ut neque mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet occasione permittas ascendere, neque monachos tuos commatres sibi facere. Nam si hoc denuo ad aures nostras quoquaque modo pervenerit, sic te severissime ab-
veris ultiōni subdendum, ut emendationis tue qualitate
cæte-

cæteri sine dubio corrigitur. Hoc tamen in foro Augustanæ Confessioni additorum non observatur, quotidiana attestante experientiâ. Porrò removentur à Sacramento tam baptismatis, quam confirmationis (uti apud Pontificios) parentes, pagani, vel penitus non baptizati, *can. 102.*
cit. Difflint. 4. ibid. Gloss. verb. suscipere, Toletr. lib. 2. cap. 24.
num. 11. Vivald. de Baptism. cap. fin. num. 29. Sanchez. lib. 7.
disp. 60. num. 20. Alcnf. in 4. q. 22. membr. 2. art. 3. §. 1. Laymann.
Theolog. Moral. l. c. num. 2. Bart. à Ledesm. in summ. sacram.
dub. 8. Victor. de confirm. num. fin. Augustin. de Peccat. Merit.
l. l. c. 33. Inst. Jur. Canonic. Lancell. l. 2. t. 4. §. 5. ibid. Dn.
Zigler. p. m. 338. Panormit. lib. 1. cap. 79. Henriquez. lib. 2.
cap. 3. num. 5.

§. IV.

Interim non statim repudiendos adopinor eos, qui in uno vel altero fidei articulo à nobis dissentiant. Quamvis contrarium affirmat ex Pontificiis alii Rodriguez. t. 1.
summ. cap. 217. concl. 4. Sot. in 4. diffl. 24. q. 1. art. 5. Emman.
Sa. verb. matrimonium. num. 5. Navarr. lib. 4. conf. 1. de Co-
gnat. Spirit. edit. 2. Tabien. v. confirmatio sacramentalis. q.
8. Sylvest. v. Matrimonium. 8. num. 7. dict. 12. Modò non
 sunt petulantia & præfractè blasphemii in DEUM, sive
 antque damnatam aliquam & inter Christianos ad minimum
 non toleratam sectam, utpote photiniani, Ariani,
 Anabaptistæ &c. Scitè in hac re Finck. *Diffl. 13. q. 3. tom. 5.*
Diffl. Gießen. s. p. m. 433. & seqq. (licet frustra sic distingui
estimet Gisbert. Voet. in Polit. Ecclesiast. part. 1. lib. 2. tract.
2. sect. 3. cap. 4. qu. 4. in fin.) concludit, judicio, inquiens,
nihilominus habendam esse rationem infirmiorum, simpli-
ciorum, & illorum, in quibus spes est emendationis. In
bis non semper rigor & sumnum jus urgendum est, præ-

certum quando tempus, locus, persona & aliae circumstan-
tiae variant, & imprimis, quando non est periculum scan-
dali. Manifestè etiam hoc approbavit Elector Augustus
in *Ordinat. Ecclesiastico*, de Ann. 1580. art. 10. in qua hujusce-
modi personis omnis simpliciter ad baptismi solennitates ac-
cessus nequaquam denegatur. Concordat *Consit. Eccl.*
Archiep. Magdeb. cap. 3. art. 6. & 7. in verb. Wie deun auch
keinen zur Hevatterstwaſſt erbehenen Personen / so nicht of-
fenbare Verächter seines Worts sind / ob sie gleich von ei-
nem oder mehr Articulen des Glaubens sich noch zur Zeit
nicht finden können / bey der heiligen Lauffe sollen abgewiesen
werden.

§. V.

Quid igitur dicendum de Pontificiis & Reformatiis
(quos posteriores, utut tolerandos negent *Dominc. Arum.*
de Jur. Publ. vol. 2. *Disc.* 11. p. m. 441. ubi plur. eleg. cum *Johann. Muter. de Pacif. Relig. quest. 3. Johann. Limn. de Ju-*
re Publ. lib. 1. cap. 13. n. 32. p. m. 109. Rumelin. ad Aur. Bull.
Carol. IV. part. 3. Diff. 2. coroll. 2. p. m. 659. Carpzov. in Ju-
rispr. Consit. desin. 260. lib. 2. tit. 27. tamen per Instrument.
Pac. Osnabrug. de Ann. 1648. art. 9. perinde, ut Pontificios,
in Imperio Romano-Germanico confirmatis videmus,
add. *Nicol. Myler. de Princip. Imper.* cap. 83. p. m. 612.) an &
hi à Lutheranis ad prætendandum patrinatus officium in ba-
ptismo expecti possunt: Sanè dispares Doctorum opinio-
nes prostant. Sunt etenim, qui hoc in totum negant; sunt
contra, qui affirmant. Negantium fundamenta potiora,
quantum quidem ego reperire potui, sequentia urgent:
Quia in hoc patrinatu viciositas actus subest, (1.) respectu
infantis, cui affilere debet dissentiens patrinus; preces
quippe præ eodem devotas ad DEUM fundere, vel ve-
ram

ram fidem cordicitus confiteri, & nomine Baptizandi pro-
mittere, similiter testimonium apodisticum pro infante de-
ponere, aut eundem, vitâ forte defunctis parentibus natu-
ralibus, in religione salvificâ educare nequit. (2.) respectu
Parentis, qui ad infantis sui baptismum eundem convocat.
Hic namque veram & falsam Ecclesiam, Christum & Sa-
tanam inter se conciliare allaborat; præterea sese, contra
expressum mandatum divinum, idololatris pariter & im-
piis associat, quorum religionem tacitè justificat, inò
expressè approbat, adeoque ipsam DEI maiestatem, cuius
hostem in æde sanctissimâ veneratur, ludificat. Taceo
scandalum, concioni fidelium ad malam consequentiam
subministratum, quid? labem denique fibimet ipsi turpi-
ter inustam, quasi nimirum hypocrita, lucemque fugi-
ens existat, & cum dissidentibus simul ac impuris con-
spiret. (3.) respectu sacerdotis, qui sciens perveræ doctri-
næ & fidei personam admittit, & per consequens omnium
peccatorum, quæ hactenus enumerata sunt, participem
se reddit, profanando scilicet gloriam DEI, officiumque
suum sanctum, ac præjudicando couicioni concreditatæ.
Nec hoc conductit infanti baptizando, quod precibus fi-
delium susceptorum privatur; nec parenti peccatori,
quem, ut huncce patrinum hæreticum relinqueret, mo-
nere tenebatur; nec proximo spectatori, cui præsentis-
simum scandalum inuritur. Possemus adjicere (4.) re-
spectu patrini, qui perinde ut parens infantis baptizandâ
cum hæretico scienter communicat (cum tamen commu-
nicatio in sacris cum hæreticis fidelibus interdicta sit) i-
mò similiter non sine scandalo, vel fortasse etiam tacitâ a-
lienæ fidei professione perveram religionem amplecti &
vene;

(24.)

venerari videtur, *Navarr.* lib. 1. consil. 1. de constit. num. 66. edit. 2. *Johann. Azor.* tom. 1. lib. 8. cap. 11. q. 9. Fuisus hæc argumenta enucleata videbis apud *Dedekenn. Consistor.* *Consil.* vol. 1. lib. 2. de *Baptism.* scđt. 6. n. 15. & seqq. p. m. 471.

§. VI.

Contra verò affirmantium opinio non omnino suis destituitur rationibus, quarum *prima*, quod officium patrionorum libera inter Christianos ceremonia, adeoque res adiaphora reputetur, quæ quidem in administratione baptismi singulari utilitate non destituitur, interim eidem nequicquam, quoad essentiam & operationem, vel attribuit, (uti quidam Pontificii somniant, vid. *Simon. Britannomach.* lib. 3. cap. 4. *Dionysj. Areopag.* in *Hierarch. Eccles.* de *Baptism.* *Clement.* lib. 5. cap. 16. *Vicecom.* de *antiq. baptism.* rit. lib. 1. cap. 30. quos perstringit *Voet.* loc. cit. quæst. 1. add. *Zambran.* de *Baptism.* l. 18. c. 1. num. 7. cui contradicunt alii saniiores Dd. Pontificii *Morales* citati §. 9. huj. capit.) vel auferit. Hinc propriè & specialiter vocari nequit tesserla vel symbolum necessarium conjunctionis in fide, & fraternitatis quasi dextra, prout etiam respondit *Facultas Theologica Tübingensis* ap. *Dedekenn.* l. c. p. m. 486. Secunda, sapius evenire potest, ut per ejusmodi admissionem ad levandum ex sacro fonte infantem dissentientes, mediante præsertim operatione Spiritus Sancti, puriorem doctrinam amplectantur: cum è contrario, per promiscuam exclusionem, magis magisque adversus saniorem religionem irritentur, sicutque, cum proprio licet detimento, à nostra Ecclesia alienissimi. Tertia, si hoc negantium assertum procederet, de facili magistratu superiori, alias, forte Reformatam, vel Pontificiam religionem profidenti, ansa suppe-

(25.)

suppeditari possit, Lutheranos, tanquam irrisores & resistentes in punto ipsum baptisimi esse non attinente, penitus è territoriis eliminandi.

§. VI.

Mallemus quidem in hoc arduo & ponderoso negotio judicium, qualequale, nostrum suspendere; interim, salvā aliorum, rectius sentientium, opinione, quam lu- benter sequutur i sumus, pro nunc autumamus distingven- dum esse, an Lutherani vivant fibi relikti, sub pio & orthodoxo magistratu, an verò sub hederodoxo. Sin prius, omnino, ad scandalum commune evitandum subditis magis conducibile erit, propriæ fidei socios, præ aliis, ad patrinatum eligere, quo etiam inclinat *Constit. Magdeburg. c. 2. n. 7. in verb.* Die Personen aber/ so öffentlich und be- kändlich einer andern/ und also unserer Religion wiedri- gen Meinung und Secten zugethan / sollen umb Ver- hütung Streits und Aergermüß willen / zu Gevattern zu bitten / bey ernster Straffe hiermit verbothen seyn. Quare & magistratus conscientiosus rectissime legem ferre potest, ut pater infantis baptizandi in tempore nomina patrinorum futurorum sacerdoti indicet, vel per alias indicari faciat, prouti respondit *Facultas Theologica Rostochiensis Mens. J. ex. Ann. 1601. in verb.* Ist recht / und zu Verhütung vieler Unlustnöthig / daß die Väter / so ihre Kinder zur Tauffe schick'en wollen/ zuvor ihre Prediger anspre- chen / und die Gevattern / ehe sie gebeten werden / ihnen ernennen. Wie dann auch solches in den Kirchen Ord- nungen dieser und anderer Lande verordnet / und in den Kirchen dieser umliegenden Städte also gehalten wird. Simile quid animadvertis in cit. ordin. Magdeb. Sereniss. Administr. August. n. 3. in verb. vor allen Dingen aber sol-

D

len

(26.)

sen die Eltern bey Zeiten umb die heilige Tauffe ihrer
Kindlein entweder selbst bey ihren Prediger anhalten/
oder durch eine / zu solcher Werbung und Botschaft
tuchtige Person aubringen lassen / und zugleich die jensei-
gen nennen/welche sie zu der Kindlein Pathen und Ge-
vattern zu erbitten vorhabens seyn/damit / wann wes-
gen der Eltern oder Gevattern bedenken vorfielen/sol-
chen Handel ohne Aergerniß füglich moge abgeholfen/
und die Kindlein mit der Tauffe nicht aufgehalten
werden.

§. VIII.

Quod si autem hic mos, patrinos ante administratio-
nem baptismi sacerdotibus indicandi, apud quosdam non
obtineat, vel, prout saepius apud immorigeros fieri con-
suevit, sed diti debitam superioribus obedientiam detrectent
& de facto personam, à nobis in religione dissidentem,
Pontificiam vel Reformatam, adhuncce suscipiendo actum
sollicitent, utiq; sacerdoti, re cognitâ, incumbit, parentem
hujus infantis baptizandi ad se vocare, eidemque illegiti-
mum suum procedere, protervamque inobedientiam fra-
terne remonstrare, annexâ protestatione, se, si in propo-
sito suo minus decenti perget, infantulo baptismum admili-
nistrire nec posse, nec velle. Idem quoque juris, si patri-
nus, non obstante statuto prohibitorio, à parente vocetur,
vel, absque praescitu sacerdotis, in aede sacra se filiat: nam
hinc Sacerdote privatim amicè admonendus pariter & e-
docendus est periculum, quod ipsum ex hoc actu manere
possit, adjunctâ insimul percontatione fidei & confessionis
in qua, si ita sacerdos eum reperiat, ut spes correctionis
concipi queat, admittendum censemus; Contra vero, si ob-
stinatè heterodoxiam suam, & quidem, uti ut plurimum
fieri assolet, eum irrisione sinceroris nostræ fidei, defendat,
diferendum baptismum, vel alium cordatum virum ejus
loci

loco substituendum arbitramur. Notabile est hac in re
 consilium synodi Marpurgensis de Ann. 1563, ap. Dedecken.
 l. c. p. m. 473. in verb. da sichs denn befindet / daß er im Fun-
 dament mit uns einig / und nicht halßstarrig seine Irr-
 thum und Alergerniß zu vertheidigen sich unterstünde/
 und also eine Hoffnung der Besserung bey ihm gespü-
 ret (ut S. 4. h. c.) werden möchte / hätte ihn der Pfarr-
 herr zu zulassen/ doch mit vorgehender Christlicher ver-
 mahnung / daß er Gottes und seiner Seeligkeit beden-
 ken/ und von seinem ärgerlichen Wandel abstechen wolle
 und daß auch die Gemeine des Orts von der Eangel/
 warum und wasserley gestalt eine solche verdächtige per-
 son admittiret werden / modeſte errimert / und hiermit
 Alergerniß bey den Einfältigen und der Sachen unver-
 ständigen verhütet würdet iung. Philipp. Hahn. p. m. 43.
 ibique cit. Theolog. Tübinger. Es müſte auch nicht alleine
 der Vater des Kindes/ sondern auch die ganze Gemeinde
 büſt für der solcher disputirlicher und sorglicher Sachen
 sich zu enthalten vermahnet werden. Da aber der gei-
 bethene Papistische Gevatter mit solcher Antwort sich
 vernehuuen ließe/ daß der Pfarrherr ihn mit guten Gei-
 wissen nicht zulassen könnte / daß er in der Confession des
 Glaubens sträflich/ und seine Abgötterey und Alergerniß
 zu beschönigen/ und darbei halßstarrig zu verharren ge-
 dachte/ hätte man zu bitten/ und mit ihm und des Kindes
 Vater zu handeln/ daß er einen andern Christlichen
 Mann in der Kirchen an seine stat stellete/ welcher dem
 Kinde seinen Namen gebe und für dasselbe den glauben
 bekennen und beten solte ic. da aber solcher guter firschlag
 keine stat finden möchte/ hat sich ein Christlicher Seelsor-
 ger die Tauffe zu administriren billig zu beschweren ſüng.
 Dunt. Cas Conscient. de Baptism. c. 144. 6. m. 479. & suomodo
 Giebert. Voet. Polit. Ecclesiast. part. 1. lib. 2. tr. 2. ſect. 13. c. 4. q. 4.

Econtrariō, si quis sacerdos vivat sub magistratu, diversam (v. g. Reformatam aut Pontificiam) religionem amplectente, cumque ad diversae Religionis patrinos admittendos cogente, utique is, si omnes supra prolatæ rationes nequicquam commovere, aut adsaniores cogitationes principem reducere valent, dissentientem in religione patrinum in actu baptisni rejicere, atque ob id officium, quo semel legitimè functus est, deserere nequit; quemadmodum se re ob easdem jam saepius allegatas causas respondit incluta Facultas Theologica Jenensis mens. Novembr. 1654. in verb Weil durch die Zulassung so geschicht in re adiaphora, (ad essentialia enim baptisni patrini non requiruntur præcise, uti multi Pontificii etiam confitentur, v. g. in baptismō privato, vulgo die Nocht Tauffe / ubi nullum de adhibendis necessario patrinis Ecclesiæ præceptum extare rectè contra Zambran, de baptism. c. 1. lib. 18. num. 7. descendunt cum Sot. in 4. d. 42. q. 1. a. 1. Henriquez. lib. 2. cap. 18. in fin. Sanchez. lib. 7. disp. 62. Suarez. q. 67. a. 1. Laymann. Theolog. Moral. Tom. 2. lib. 5 tr. 2. cap. 9. num. 4. Rodriguez. t. 1. sum. c. 21. 7. conclus. 2. ein ein grössern Unheil kan begegnet werden. Denn allen anssehen nach wird die Fürstl. Obrigkeit zu Behauptung ihrer Meinung nicht allein eines und das andere anzuführen/ und wieder die beygebrachte Gründe einzuwenden wissen/ sondern auch darauf verharren/ und die Abweisung der Reformirten von Amt der Gevatterschaft für eine Beschimpfung ihrer Religion, Verwandten halten/worans denn leicht Anlaß entstehen möchte/ die reinen Lehrer der Lutherischen Kirchen zu vertreiben, ic. Wann es sich nun begibt/ daß zwey übel vorhanden/ die nicht zugleich können vermieden werden/ so ist man in Gewissen

(29.)
wissen verbunden / das kleineste zu erkiesen / damit das
Größere vermieden werde / zumahl wenn jenes GÖT
und seinem Wort nicht schmürstracks zu wieder ist / son-
dern Kirchen Gebräuche antrifft / add. Ludovic. Dunt.
Cas. Conscient. cap. 14. sed. poster. quæst. 7. p. m. 480. Pruckner.
quæst. 59. Johann. Gerhard. loc. de Baptism. §. 269. q. 3. p. m. 345.

§. X.

Nolumus tamen cum hisce , consilii haec tenus causâ
tantum prolatis, præjudicare autoritati & beneplacito prin-
cipis orthodoxi, qui scilicet, vigore jurisdictionis terri-
torialis, patrinum diversæ religionis admittendum subditos
jubet ; præsertim in iis , quæ rem mixtam concernunt,
prouti est adhibiti patrinorum, quippe quam saepius in ad-
ministracione baptismi, utpote essentialia ejusdem neuti-
quam spectantem, multo minus in prima baptismi institu-
tione consideratam, vid. cap. 1. huj. Dissert. & König Cas Ca-
tech. p. m. 306. Gerhard. loc. de Baptism. §. 268. p. m. 344. Hutter.
L. L. Maj. p. m. 675. tempore necessitatis omissem novimus.
Interim Autores eidem , ad hoc ipsum promiscuè conceden-
dum , existere recusamus.

§. XI.

Sed quid de iis dicendum , qui contemtores existunt
sacræ Eucharistia, vel vitæ dissolutæ, vel infamia cujusdam
nota laborant ; Distingvendum adopinamur ; aut ete-
niam sceleris manifestè convicti sunt , aut non : Sin posterius,
neutquam à baptismo abigi debent, quum nondum habe-
antur immedicabilia vulnera, quibus Christianum Eccle-
siæ corpus afflatum est ; admonitione interim indigent,
quò maculam, sortè sibi aspersam, eludant, aliamque insu-
per tam politam, quam ecclesiasticam censuram evitent.
Hinc videmus actionem in factum competere posse, qui

Dicitur in libro missis virginis Nostrae Regis certum crimi-

criminis nondum notoriè convictus ab aliquo sacerdote ab officio patrinatus removetur , prout Scabini Jeneales responderunt Mensle Julio Ann. 1626. ap. Godofred. Fibig. Exercit. 12. q 3. p. m. 540. num. 15. in verb. und dothr ferner weit vom Brauch des heiligen Abendmahls und Christlichen Gevatterschafft von ihnen abgesondert/etc. wir den sollet seyd ihr obgedachte Herrn Geistlichen actione in factum, und das sie ihr vorgeben wieder euch gebührlich ausführen / zu belangen wohl besugt Sin prius, consilium est Frideric. Baldwin. Cas. Conscient. lib. 2. cap. 17. cas. 9. p. m. 418. notorium huncce impium , blasphemum , adulterum , aut simili scelere pollutum indicandum esse à ministrante baptismum , si moram patitur , ordinario inspectori , qui cum ipso agat , & conversionem ejus sollicitè querat ; si ipse nihil proficit , referat hanc rem ad Consistorium , in quo est jurisdictione magistratus ecclesiastici . Si nec illius admonitiones admittit , tunc publicâ ejus autoritate à communione sacerorum merito arcetur . Quod si talis etiam loepius admonitus , & tamen impenitens , adhuc actu illi baptismatis se intrudat , tunc minister ipsum tollare quidem tenetur , sed finita actione parentes merito reprehendere potest , quod tales elegent , & cum ipsis impenitentibus jure agere : in ipsa vero actione scandalum infirmorum cavere debet . Alii contra quamplurimi , ex nostris , Theologi , cum quibus & nos facimus , simpliciter negant , ejuscemodi peccatores manifestos & impenitentes a ministro verbi divini admittendos esse , imo , licet de facto se ingerant & baptismo intersint , cum in dem lege agi posse astimamus , add. Konig. Cas. Catech. de Baptism. cas. 10. Et cum Chemnit. Ludovic. Dunt. scd. post. cap. 14. quest. 11. Cas. Conscient. Ethoc verum est , etiam si impius non quidem ipse compareat , sed per procuratorem orthodoxum & probum hoc agat . Non magis enim ordini satisficeret , quam

quam si quis extraneus, & quidem improbus, consulatum
aut munus Senatorium lusciperet per civem honestum, tan-
quam suum procuratorem, prouti hoc simile tradit Gisbert
Vox loc. cit. qu. s.

XII.

Elegantia duo Responsa de hac materia prostant ap.
Dedekenn, Consil. Consist. vol. I. part. 2, l. 2. scilicet 5. n. 12. p. m. 468.
in qu. Ob ein öffentlicher Verächter des H. Nachtmahls
zur Tauffe unter andern Gevattern solle zugelassen
werden? ubi resp. daß wir die Gesellschaft dessen meiden
sollen/der sich vor unsern Bruder ausgiebet / als sein Er-
mit uns eines Glaubens/unter dessen aber sein Christen-
thum vernehret/und verstellret mit bösen Leben; damit
wir nicht angesehen seyn / als billigten wir sein böses Le-
ben/und uns seiner Sünden theihaftig machen. Hier-
aus schleust sich nun gewaltiglichen / soll man sich eines
solchen falschen und unordentlichen Bruders Gesell-
schaft entzehen/darmit er möge öffentlich zu schanden/
und zur Buße gebracht werden: wie viel weniger sollen
wir ihn unter denen Gevattern zur Tauffe zu lassen?
Hr. Luth spricht. 2. Jen. p. 2226. derohalben es auch wohl
billich und recht ist / daß man nicht trunckene und rohe
Pfaffen tauffen lassen/ auch nicht lose Leute zu Gevatter
nehmen/sondern feine fürtige und fromme Priester und
Gevattern/darauff man sich verlässe / daß sie die Sache
mit Ernst und rechten Glauben handeln/damit man mit
dem Teufel das hohe Sacrament zu Spottzeze/ und
Gott vernehre: Idem n. 13. respondit Facultas Theologica
Rostochiensis, wegen einer Gevatterschaft eines Todes-
schlägers/in q. 3. & 4. Ob einiger unterscheid zwischen A-
del und Unadel zu machen? Weil man sich berüfft auff
den Gebrauch des Landes/ob Todeschläger oder dergle-
ichen zur Tauffe treten oder nicht / warms schon die Pre-
diger wissen / ob solches recht/ und demselben zu folgen?
nec

nec abludit Finck, tom. 5, Disp. Gieffens, Disp. 13. p. m. 293. in
quaest. an minister Ecclesiaz hominem blasphemum, præ-
fractum Papistam, craulum Calvinistam, scortatorem, adul-
terum, usurarium impenitentem ad Christianæ suscep-
tio-
nis sive patrinatus officium salvâ conscientiâ admittere
possit & debeat ^{et addas}, Mich. Walther, in *Quadrages. Mis-*
cell. Theol. tom. 33. q. 1. De usurariis præterea improbis,
qui videlicet pro singulis centum, quindecim, viginti &
plura, loco sceneris, paciscuntur, res clara animadvertis-
tur ex sequenti argumento : Cum quibuscumque omne Chri-
stianitatis commercium nobis denegatur, quique omni,
tam divino, & gentium, quam civili & canonico, imò sta-
tutario jure tanquam improbissimi puniuntur, illi non pos-
sunt ad patrinatum admitti. Atqui usurarii nequitæ con-
victi sunt tales. Ergo. Major per se patet : Minorem
probamus ex *Exod.* 22. v. 25. *Ez. ch.* 18. v. 8. *Psal.* 15. v. 5. c. quan-
quam. 2. c. præterea. 7. x. de *Usur.* in 6. *Clement.* 1. de *sepultur.* 1.
improbum. C. ex quib. caus. infam. irrrog. Johann. *Borcholt.* de
usur. cap. 5. n. 7. & seqq. *Panormitan.* ad c. cum in *Diacef.* 15. n.
5. x. de *usur.* *Carpzov.* *prax. crim.* p. 2. q. 92 per tot. add. *Mand.*
Elect. Johann. *Georg.* 1. de *Ann.* 1625. Wegen des unchristi-
lichen hochstraffbaren Lasters des Buchers / in verb.
daß sie nicht allein des vierdten Thells / sondern der gan-
gen auff Bucher ausgeliehenen Summen verlustig seyn
hierüber auch als öffentliche Leutschinder und Landver-
derber / zu Beichtstuhl und trößlichen *Absolution* oder *Exi-*
sche des Herrn durchaus nicht gelassen / auch nach ihren
Tode mit Christlichen und gebräuchlichen Ceremonien
nicht bestattet / ipso iure & genere facti / untüchtig und ehr-
los / dannenhero redlicher Leute Gemeinschaft und aller
christlichen und fürnehmnen Aempter umwehet / und unsäg-
lich

(33.)

Hic geachtet/ihnen kein beständig^{es} Testament zu machen/
auch da es allbereit gemacht / ohne Bestellung caution,
wegen Erstattung des empfangenen Wunders / ganz
unkräftig und nichtig gehalten/ auch Zeugniß zu geben
nicht verstatte / ja den gemeinen Wesen hochschadliche
Leute ganglich aus und abgeschaffet werden sollen.
Atque secundum huncce tenorem tota die in foro nostro
Saxonico sententias concipere & pronunciare solere Do-
minos Scabinos & Facultatum Jurdicarum Assessores con-
stat.

§. XIII.

Solet etiam in dubium vocari, an patrinus, à diversæ
(Reformatæ & Pontificiæ, non Arianæ, Photinianæ &c.)
religionis homine requisitus, salva conscientia actui bapti-
smi interesse, & comparere queat? quod itidem, quicquid
aliū in contrarium afferant, affirmamus cum Balduin. Cas.
Consc-20. l.2. cap.11. p.m.420. Gerhard. Loc. de baptism. §. 269.
p. m.345. Pruckner. quest. 55. Dunt. Cas. consc. cap. 14. quest.
10. p.m. 481. præsertim si baptismus quoad essentialia rite ad-
ministretur. Recipit siquidem hoc pacto patrinus post o-
bitum parentum naturalium de facili occasionem, baptiza-
tum in suam potestatem redigendi, illumque in vera reli-
gione informandi; his adde amicitiam hoc modo contra-
ctam inter suscep^torem & suscep^t parentem, quæ intem-
pestivâ tergiversatione & morositate de facili non videtur
declinanda. Eo ipso enim, dum Lutheranum alterius,
(v. g. Reformatæ aut Pontificiæ) religionis assecla ad san-
ctissimum hocce sacramentum adhibendum concludit, ta-
citè, quid: expresse manifestat, imò confiteri cogitur, reli-
gionem atque confessionem ejusdem non esse impiam, sce-
lestam, abominandam. Sciat igitur, verba sunt Balduin.

E

l.c.

(34.)

I.e. p.m. 421, quisquis ad hoc sacrum officium adhibetur, sed
hoc ipso quasi vocationem accepisse, ut & parentes & in-
fantem ab errore revocat, & quantum in se est, in religio-
ne vera instruat, quod etiam ante aetum baptismi, se im-
postorum facturum, parentibus, operam suam expectentibus,
prædicere potest. Non obstat Constat. Elect. Ecclesiast. art.
10. in verb. Keinen unserer Religionsverwandten ist
zu rahten / daß er bey einer Papistischen Tauffe stehen /
und hiermit ihren Papistischen Grenel / so sie bey der
heiligen Tauffe treiben / bestetigen soll. Hanc siquidem
procedere adopinamur, si ipsimet nos sponte offeramus, &
ingeramus ; similiter si tentandi causa invitemur, adeo,
ut nostrâ præsentia tacite comprobemus confessionem ejus,
à quo invitati sumus, & per consequens scandalum suppe-
ditemus infirmis, de nobis aliquam opinionem collisionis
cum adversario concipientibus. Atque hoc passu etiam
recipimus Tractat. Germanic. Melchior. Epist. Superint.
Coburg. Tit. Grund und Ursach / warumb ein wahrer
Christ / der Augspurgischen Confession zugethan / nicht
köönne mit guten Gewissen bey den Päpstlichen zu Gevat-
tern stehen / sammt Wiederlegung der fürnächsten Ge-
genwürff und Einreden. Dissentiunt etiam Pontificii &
Reformati communiter, vid. Calvin, tom. 6. part. II. p.m. 311.
imprimis Gisbert. Voet. in Polit. Christian. part. I. lib. 2. sect. 34
cap. 4. quest. 2, qui tantummodo avos, patruos, avunculos
ad suscipiendum admittendos suadet, qui parentibus in haec
succedanea cura essent proximi ; quorum opinionem proprio
religionis zelo committimus , cathedralaque insuper
Theologicae, quam nostram pro nunc facere non poslu-
mus, mancipamus.

S. XIV. Fo-

(35.)

§. XIV.

Feminas etiam, introductā primum adhibitione suscep-
torum (quicquid dissentiat *Vic. com. de antiqu. bapt. rit. l.c.
cap. 26.*) exclusas fuisse probabile est: munus enim suscepto-
rum in primitiva Ecclesia publicum habebatur, ad quod
procul dubio feminæ erant incapaces, quum & olim a te-
stimoniis in actu publico, ubi mares præsto esse poterant,
removerentur. Quare non leviter approbo sententiam
Maastricht. de Susceptorib. p.m. 52. & seqq. qui circa seculi se-
ptimi medium eas demum admissas fuisse adopinatur, præ-
terim quia ex nullo fide digno teste (tacente quoque *Justi-*
niano in l. 26. C. de Nupt.) prius aliquod tempus demonstra-
ri potest. Quæ enim de Diaconis & Diaconissis proferun-
tur, ea ad nostrum calum applicari vix poterunt: suscipie-
bant siquidem ha personæ (quæ pudoris causa, quia nudos
olim baptizatos fuisse multi volunt, pro diversitate sexus
adabant) egredientem è fonte virum aut mulierem, exue-
bant, abstergebant; interim tamen sponsionem de instru-
endo, vitamque eorum Christianam formando, nullam, u-
ti apud nos moris est, interponebant. Tametsi hodie nul-
lum de sceminarum adhibendarum certitudine dubium in-
ter nostrates amplius restet. Idem judicium formo de pu-
blicè pœnitentibus, quos, cum ante peractam undiquaque
pœnitentiam in coëtum atque concionem fidelium non re-
ciperent veteres, ab actu insimul atque officio patrinatus
remotos voluisse, in dubium videtur. Etenim, teste *Serau-*
chio Dissert. Exoter. 5. th. 8. p. m. 129. per varios gradus obe-
dientia juxta ac pœnitentia tandem ad orationes fidelium,
ac postremo ad sacra mysteria admittebantur: ergo adi-
tus omnes ad exercenda publica inter Christianos illibatos
officia iisdem ab initio præclusos fuisse, nemo non videt.

E 2

Con-

(36.)

Concordant Concilii Parisiensis lib. 1. cap. 54. verba : Illos tamen in hoc capitulo specialiter ab his officiis removendos judicamus, qui propter reatum suum publicâ poenitentia sunt multati, videlicet ut nec alios de sacri fontis baptisme suscipiant, nec etiam ad percipiendum Spiritus Sancti donuu allorum patroni coram Pontificibus existant. Donec per dignam poenitentia satisfactionem reconciliationem mereantur ; nec immerito : quoniam quos & lex divina à castris militaribus, ne ruina sint populi, & auctoritas canonica ab Ecclesiarum sequestrant liminibus, multò magis à memoratis peragentis officiis, usque ad tempus poenitentia peractum, dignamque perceptam reconciliationem, hujusmodi, ut jam dictum est, merito sunt excludendi.

§. XV.

Materia circa quam seu objectum patrinorum, est homo baptizandus, sive is adultus fuerit, sive recens natus : modò non amplius fuerit pars viscerum maternorum, sed integer, & ab utero materno separatus lucem hanc vitalem adspexerit. Quid autem, si monstrum nonnunquam nascatur & putamus ibidem quoque patrinos adhibendos esse, præsertim si principalia ejusdem membra, v.g. caput, hominem repräsentent, add. fus. Dn. Praef.

Dissert. de Jur. Obstetric. th. 25.

26. 27. & 34.

C A P. III.

(37.)

CAP. III.

PATRINORUM FORMAM PERTRACTANS.

§. I.

Causa formalis in actuali Patrinorum sponsione & testificatione tempore baptismi consistit. Quem ritum quidem multi penitus abolendum suadent cum *Tertullian. lib. de Baptism. c. 18.* propterea, quod Patrini aut adhibendi sint infantibus, aut adultis : sin prius, cum nemo alienum factum promittendo obligetur, (quod etiam jura nostra confirmant, in §. 3. *Inst. de inutilib. stip.*) & incertum adhuc sit, an infantes in Christum credituri, ac vitam Christianum decentem sint acturi, videtur haec sponsio patrini omnino inutilis ; sin posterius, non necessaria est promissio patrini, quoniam ipse adultus, editis documentis Christianæ fidei, demum spondebat, nec non ad baptismum admittebatur. Sed nos, salvo *Tertulliani* loco, ex libertate Christianæ, & diuturnâ laudabili Ecclesia observantia nondum per hoc argumentum usum patrinorum destruendum arbitramur. Nec enim hi alienum factum præcisè promittunt, quin potius spondent, se curatores vel effecturos, ut jam baptizandus imposterum piè educetur, ac vivat, ad eoque, cum proprium promisisse factum videantur, arg. 1. 18. pr. ff. de Verb. obit. validè teneantur, cit. §. 3. & 1. 38. pr. & §. 1. 1. 83. pr. de Verb. Obligat. add. *Johann. Winckelmann. Diss. Gieffens. tom. 3. supr. cit. in cap. 1. §. 6. huj. Dissert. ubi. porro non facimus, inquit, cum iis, qui putant, illum pro infantibus respondendi morem perperam ab adultorum baptismō ad paedobaptismū, translatum esse.* (vid. *Wilhelmo.*

E 3

helmo.

(38.)

helm. Zepper. in Polit. Ecclesiast. lib. I. cap. 12. & Muscul. L. C. loc. de Baptism. cui opponit Baldwin. C. C. lib. 2. cap. 11. cas. 8. Bucan. in Instie. Theol. l. 47.] Verum hinc, potius parentes & patrini occasionem habent, filios suos & filias, cum ad annos perveniant, commonefaciendi de ea confessione, quæ ab ipso Christo pro eis edita, & ad baptismum eorum repetita est, ut filii Dei facti, fidem & confessionem illam teneant, &, cum Satanæ ac operibus ejus abrenunciarint, nihil quicquam per omnem vitam cum ipso & operibus ejus commercii habeant, &c. Posset secundum Codicem Justinianeum & Jus Canonicum addi, quod patrini parentes spirituales sint baptizati, & per hoc obligentur, arg. l. 24. §. 6. de dann. infect. quod nos non curamus.

§. II.

Sed potestne quis, pro nræstanda fidejussione spirituali requisitus officium illud honeste & licetè recusare? Pruckner in Manual. Q. q. Theolog. cent. 5. quæsp. 60. p. m. 242. assertit, posse hoc fieri, si recusationis solidæ & sufficientis in promtu sint rationes, nimirum SS. Trinitatis impugnatio, orthodoxiae nostra tentatio, aliorum offensio, baptismi alibi locorum suscepiti certioratio. Hisce adjungimus cum Dunt Cas. Conscient. cap. 14. de Baptism. quæsp. 11. p. m. 492. casum, si homo Christianus, integroris vita, in avdōxov sive suscepptorem alesitus fese adjungere debeat consisperitoribus, quorum in numero sit persona, vel ratione perversæ doctrinæ, vel notorii peccati maximè culpabilis (de quibus in tot. cap. preced. huius Diff.) Potest etiam patrinus pius urgere apud pastorem, infantem baptizaturum, ut juxta Ecclesiæ consuetudinem faciat officium suum, privatim & leorsim hominem impium vel hereticum admonendo: Si hoc non fit, ipsimet patrino integrum est, cum illo consisperitore loqui

loqui prius, & illius mentem cognoscere ; ac si intelligat, eundem suam impietatem fateri, & in ea sine poenitentia perseverare potest & pastori, & ipsi indicare causas, quare non possit in conspectu Dei cum tali consocio comparere in negotio omnium maximo. Quod si verò minus prægnantes excusandis rationes proferat, puta, quod partus sit illegitimus; quod pater ad suscipiendum invitans, sit patrini inimicus; quod dignitatis aut officii respectu actui baptismi interesse patrinus nolit; quod munus aliquod (pecuniam lustricam vocant, vulgo das Paten. Geld/ de qua in cap. 5. per rot. Diff. h.) infanti offerre detrectet ; tunc aliquem licet & sufficienter hoc charitatis Christianæ opus ne quicquam recusare valere, autor est Baldwin. Cas. Conscient. lib. 2. cap. 11. cas. 9. p. m. 422. ubi quinque argumenta & causas allegatae pietate, dilectione & famâ proximi, item honestate & jure talionis depromptas : add. Konig. Cas. Catech. Appendix. cas. 3. p. m. 102. & seq.

§. III.

Non obstant rationes supra in contrarium allegatae : licet namque invitans pater patrini inimicus capitalis extiterit, vel alia quadam atroci injuria eundem afficerit ; nihilominus tamen gratuleretur sibi, quod occasionem reconciliationis & remittendi rancoris acceperit, salvâ interim manente actione injuriarum , jam antea in foro civili intentata, quippe cui hoc pacto præjudicium fieri non potest ; præterim quoniam hic patrinus injuriatus non proprio motu, sed ex quadam inevitabili honestatis & pietatis necessitate, cum injuriante patre infantis suscipiendi bibit forte , comedit, confabulatur atque conversatur, jang ea, que proferunt. Joseph. Mascard. de Probat. vol. 2. concl. 904 n. 25. Vultrij. & Barbole. ad §. fin. Inst. de Injur. Panormitan. ad c. colim. 7. x. h. t. n. 6. Neque

Nec quicquam facit, quod aliquando infantes sint spuri, adulterini, incestuosi; Hi etenim nec parentum culpam praestare, neque, ut pote innocentes, in rem seriam deseriri possunt vel debent: ut ut sciamus, quoad numerum patrinatorum & reliquias ceremonias Ecclesiasticas, in quamplurimi locis differentiam introductam esse inter hosce & legitimum natos; quae tamen in re, salutem hominis, ut talis, concernente, posito eo, quod aliquis ad patrinatum requiratur, excusationem suppeditare nequeunt. Idem dicendum, si quis ad patrinatum requiratur ab infami, intestabili, criminis laesae majestatis reo; consulendum siquidem parvulo, tametsi parens ad poenas rapiatur justissimas, optimè commeritas. Similiter semper necessarium haud esse autumamus, ut aliquis in propria comparere debeat persona, tum maximè si causæ gravitas aliquem (v.g. principem, ratione eminentiaz, vel officiarium ejusdem, respectu expeditionis) impeditat, modo videatur misero infantion penitus defuisse, vid. Dunt. loc. cit. quæst. 9. p. m. 481. Pruckner. l.c. p. m. 243. Consentit Facult. Theol. Lips. ap. Dedeckn. loc. ssp. alleg. p. m. 468. in verb. Was die Gevatterschafft betrifft / halten wir nicht unchristlich / daß einer/dem ganz nöthige Geschäfte vorfallen/und solches aus keiner Verachtung Götlicher Worts oder der heiligen Sacramenten thut/an seine statt einen andern schaffe / der bey der Tauffe stehe. Und wäre unser Bestantius auch ganz ungeräumt / die Leute dahin zu weisen / daß sie denen / von welchen sie gebeten werden / im Fall auch da sie wüsten/daß sie nicht selbst kommen könnten/solche Christliche Werke abzuschlagen/ und dennoch können die Leute wohl darzu vermahnet werden / daß sie dem heiligen Sacrament zu Ehren / auch selbst / so ferne es

(41.)

es immer möglich/bey der Tauffe zu seyn/sich befleischen.
Quod si denique quis propter pecuniam lustricam, (Wegen
des Batzen/Geldes) infantem Christo adducendum negli-
git, eum non dignum esse judicat *Baldwin.* l. c. cui inter
Christianos locus concedatur, idque præprimis ideo, quod
essentialis pars hujus officii non sit munera oblatio; ne-
que pii parentes hoc attendant, sed vel prorsus ea carere,
vel exiguo contenti esse possint. Sed de hac in cap. fin. hujus.
Disp. ubi plur. per tot.

§. IV.

Præterea disquiritur hic circa numerum, quot videlicet Patrini ad testimonium hocce peragendum sufficere debeat? Si in abstracto loqui velieru[n]s, & duos, & plures pro-lubitu ex libertate Christiana adhiberi posse credimus, quo-niam integrati & efficacitæ baptismi nihil ex numero suscep-torum vel accedit, vel decedit, *Gerhard. loc. de baptism. §.* 269, p. m. 344. quod etiam attestatur *Consistoriorum Supremum Dresdene Mens. Septemb. an. 1617. in verb.* Ob nun wohl die Anzahl der Gevattern vor ein möglich Ding zu halten in welchen Fall die Kirche zu keiner Gewissheit verbu[n]den / etc. Interim tamen in concreto & jure statutario ver-fantes, omnino numerum huncce varie varieque circum-scriptum novimus.

§. V.

In primitiva certè Ecclesia ununa susceptorem atque sponsorem ad suscipiendum fuisse adhibitura, uno scilicet o-mnes ore confitentur, *vid. Zepper. Polit. Ecclesiast. lib. 1. cap. 14.* Illud similiter constat ex decreto Igini, (alii legunt Higini, *Rittersb. in different. jur. civil. & can. lib. 1. cap. 16.*] sive Eugenii & Leonis Paparum, ubi non plures ad suscipi-endum de baptismo infantem accedant, quam unus, sive Vir

F

sit

sit, sive Mulier, eam in catechismo, 100. dist. 4. de consecrat.
 (qui canon, an revera Higino adscribendus, an suppositi-
 tinsit, prouti vocabulum *patrinus*, iis temporibus non
 dum usitatum, innuit, alii videant, præsertim cum ejus
 temporibus nec susceptor catecheeos notus, nec susceptor
 baptismi cognitus fuerit) 7ro. part. I. cap. 19. Suarez, tom.
 3. quest. 67. Plasini in vit. Higin. p. m. 20. Burchard. lib. 4.
 cap. 25. Gris. de Bayf. ad can. cit. non plures. p. m. 343. qui
 illum tantummodo verum Patrium cum communi Ponti-
 ficiorum schola putat, qui puerum tangit, vel, dum bapti-
 zatur, tenet. Idem hodiè in multis locis & præsertim in
 editione Norica observari tradit Ristershus. in Differ. Jur.
 Civil. & Canon. lib. cap. 17. Atque hanc consuetudinem
 ubivis introductam exoptat Zepper. l. c. cum, ne in turpem
 quandam & avaram nundinationem & questum sacra-
 mentum hoc divinum convertatur; tum, ut luxuria, profu-
 siones & crapula vitentur, dum sumtibus, impensis & co-
 messationibus plures susceptores infantis inter se mutuo æ-
 mulantur, certatimque heiliuantur: denique, ut dilationi-
 bus baptismi parvolorum, dum multi compates ex diversis
 locis convocantur, & ad luxum splendidiasque profusiones
 omnia apparantur, ansa præcidatur: his addit, quod hoc
 pacto miseræ puerperæ suâ quiete & otio, que ad recupe-
 randas corporis vires, illis debentur, turpiter & indignis
 modis defraudantur; & viri, quos honestas & pudor ar-
 cere debeant, ad repotia illa seu puerperalia convivia at-
 trahuntur. Unde & Dn. Ziegler. in Comment. ad Inst. Jur.
 Can. l. 2. t. 4. §. 5. p. m. 338. Multitudinem, inquit, suscep-
 torum vitandam, præsertim si quæstus causa fiat, recte
 pre-

præcipit Conventus Melodunensis ANNO 1579. his verbis : Nec enim in electione patriorum potissimum respectus ad tales patrinos habendus, ut ab eis aut in paupertate, aut in mundi rebus favorem potius , quam filiorem salutem expectent. Admoneantur saepius à parocho , ut tales deinceps eligant , quales & rei magnitudo & suscipiendo rum filiorum salus exigit : ut scil. tales ætate praestare valeant & velint , quales tanti vadimonii gravitas postulat. At quemadmodum illud Dn. Ziegler. monitum, utipar est , veneramur , ita , quicquid proferat Zepperus . (ab eo , quod per accidens aliquando evenire potest , ad id , quod per se fieri debet , maxima ex parte hic concludens) nos in hac re adiaphorā , nec unum tantum patrinum præcise urgemuſ , nec plures , ex libertate Christiana requiſitos , temere repudiamus. Sufficiat hac vice unitatem ex primis principiis Ecclesiæ & juris canonici demonſtratiſ , licet eandem postmodum , quoad cognationem ſpiritualem , immutatam eſſe per Bonifacium VIII. ſciamus , qui in cap. quatuor . 3. de cognat. ſpirit. in 6. ſequentia profert : qvum non plures , quam unus Vir & una Mulier accedere debeant ad ſuscipiendum de baptismo infantem , juxta ſacrorum canonum iuſtituta , ſi verò plures acceſſerint , ſpirituallis cognatio inde contrahitur , matrimonia contrahenda impediens & poſt contracta diſſolvens. Quæ tamen Bonifacii sanctio iterum mutationem ſubiit tempore Concilii Tridentini , vid. Concil. Trid. ſeff. 24. de Reformat. mar. cap. 2. quod regulariter unum , & ad ſumnum duos Patrinos , virum ſc. & ſocinam , adhibendos eſſe lanicvit.

Et

(44.)

Et licet plures à Parentibus fuerint designati Patrini , nihil ominus tamen unum ex iis , vel ad summum unum & unam eligere debet Sacerdos , qui soli cognationem hanc contrahunt , juxta c.t.cap.2. Trident. Conc.

S. VI.

Novum in hoc punc^{to} dubium movet Zæsus ad tit. X. de cognat. spirit. num. 7. quid scilicet juris esse debeat , si forte contra intentionem prædicti Concilii Tridentini Parochus quosdam ex iis , quos Parentes designaverant , non elegerit , sed omnes admirerit ? Resp. probabile est , omnes , si tangent , contrahere hanc cognationem , verosque fieri Patriinos , argum. cap. fin. de cognat. spirit. in 6. add. Ungepaar. ad Decree. b. s. n. 3. Nam licet Concilium Tridentinum prohibeat plurimum admissionem , non tamen irritat contra factum , & ex omnium sententiâ actus contra legis prohibitionem non ideo est irritus , si non addatur in lege decreatum irritans , vid. Sanchez. 4. difut. 57. n. 11. & seq.

S. VII.

In Saxoniâ , aliiisque provinciis , ubi jura vigent statutaria , solet ut plurimum distinctio adhiberi inter Nobiles atque Plebejos , ita quidem , ut Nobiles majori privilegio gaudeant , numerumque Patrinorum augere queant , modo non illud fiat in infinitum usque . Et hoc procedit etiam , tametsi Pater Nobilis plebejam duxerit uxorem , argument. l. femin. 8. ff. de Senatorib. cum uxor marito concrēcat ejusdem fulgorem sentiat , l. si libertam . 28. C. de Nuptiis . Tiraquell. de Nobilitate . c. 18. n. 3. Hinc etiam post mortem Mariti Nobilis , ex bonis ejusdem derelictis , iure Commestibilia , Dotalitium & Morgengabam postulare potest , Martb. Coler. in part. I. decisi. 60. n. 66. Confirmat hoc Constit. Eccles. Magdeb. art. 1. in verb. Jedoch ist des nen

(45)

nen von Adel nachgelassen / da sie hierüber (i. e. plures, quam tres) mehr bitten wolten / wosfern nur nicht die Anzahl gar zu groß gemacht wird. Minime tamen casum agnoscimus conversum, quando videlicet uxor, nobilissima licet, nubens persona ignobilis, velit plures, quem tres, in consueto Principe, adhibere Patrinos ; quoniam haec omnia Nobilium jura sua sponte amittit : hoc modo etiam responderunt Scabini Lipsienses Mens. Mart. 1635. Et Consist. Suprem. Elector. petitio foeminae nobilis, viro plebejo se jungentis, in hoc puncto deferre noluit, Mense Julio 1619. in verb. Auff N. N. Supplication, daß / weil sein Weib N. eine gebohrne von Adel / sie ihr nengebohrnes Kindlein möge daheim tauffen lassen / und darzu eilf Gevattern bitten / wird dieser Bericht ertheilet : Dieweil der Adel vom Weibe auff den Mann nicht gebracht wird / sondern dasselbe seinen Stande folget ; So hat man Supplicantens Suchen statt zu geben Bedencken / und wird derselbige gleich andern Bürgern mit der Gevattershaft und sonstigen sich zu halten wissen.

S. VIII.

Plebeji vero numero ternario contenti vivere debent, hoc pacto, ut si masculus baptizandus veniat, duo masculi & una foemina ; sin puella, duas foeminas & unus masculus adhibeantur. Confirmant hoc Chur. Fürstl. Sächs. General Articell / tit. 6. apud. Dn. Fritsch. de Jur. Eccles. part. 2. pag. 63. in verb. Als auch unlaugbar vermerkt / daß bey vielen das hochwürdige Sacrament der heiligen Tauffe umb das Einbinden / Geschenk und sonderlichen Nutzen / etwan auch unziemlichen Prachts und Hoheit willen / mit grosser Menge der gebetenen Gevattern in eigentlichen Missbrauch gezogen / und also hierdurch

Kramerey / fast dergleichen / wie verrückter Zett die
 Messpfaffen in Pabstthum mit ihren Messen getrieben /
 nicht ohne grosses Aergermüß / aufrichten / und zu ei-
 bärmlischen Anstoß der Einfältigen einführen / und also
 denselbigen gleich sündigen / und mit dieser Leichtfertig-
 keit Gottes Zorn wieder uns erregen thun / so sollen hin-
 füro nicht mehr dem drey Gevattern bey auffgesetzter
 Straff ein hundert Gulden / welche Wir hiermit wieder
 umb erneuert haben wollen / gebeten / und hierüber nie-
 mand's zugelassen werden. Idque etiam ante multos an-
 nos in Ecclesia observatum fuisse, docet Concilium Ebora-
 eense sub Caelestino III. qui floruit in fine seculi XII. in ver-
 bis : Statuimus, ne baptismate plures, quam tres, suscipi-
 ant puerum de sacro fonte ; masculum duo mares & una
 foemina ; (licet hæc, ut supra monitum, penitus olim fue-
 rit remota, non obstantibus iis, quæ proferunt Pont. de
 Matrim. Walfred. Strab. de reb. eccl. c. 29. & Pontificii
 communiter ex can. 22. Concil. Nicæan. quem ex Arabico à
 Francisc. Turrian. & Alphonsi Pisan. Jesuitis, adjectum, a-
 deoque spuriū putat Dn. Mastriche. i.e.p. m. 54. cum cer-
 tum sit, Nicænos patres tantum viginti canones edidisse)
 foeminæm dua foeminae & unus mas, add. Basil. Pont. de sa-
 cram. Matrim. lib. 7. cap. 37. n. 6. p. m. 338. Rationem quan-
 dam, ad hæc defendenda, profert Carpz. lib. 2. Jurisprud.
 Consist. defin. 269. n. 3. tit. 17. quia scilicet Susceptores sive
 Patrini inter alia propterea adhibeatur, ut sint Testes bap-
 tismi legitimè administrati : quemadmodum igitur u-
 nius Testis, in punto plenissimæ probationis, censetur di-
 cendum nullius, atque in duorum denique ore omne consiste-
 re verum debet ; (Exceptis videlicet excipiendis, ut in

con-

confectione testamenti, probatione clonie, &c.) ita quoque hoc in loco : tertius autem adhibetur Patrinus, ad distinctionem masculi & feminæ baptizandæ. Hinc etiam dixit Rittershus. l. c. semirari, quod Pontifex Leo noluerit adhibere duos Sulceptores in baptismo, cum tamen testes esse debeant, & Pontificii semper clamarent : In ore duorum ! capit. cum à nobis. 28. x. de Testib. & quod uni Testi non sit adhibenda fides, capit. veniens. 10. cap. licet, 23. x. h. e. Imo inter ipsos pontificios in eunte jam seculo decimo quinto circa annum 1410. usum adhuc fuisse plurium patrinatorum, apparet ex verbis Johann. Petr. de Ferrar. in prax. tit. 33. n. 12. quando querit : Si plures levant unum de sacro fonte, (ut sit quotidie,) nunquid inter se excepto levato poterunt matrimonium contrahere ? Idque affirmat cum Innocentio, vid. Dn. Zigler. in Comment. Inst. Jur. Canon. Lancellos. l. 2. tit. 5. §. 5. p. m. 338. Nisi forte ad excusandum Pontificem Leonem conducat, quod respexerit ad ritus in primitivâ Ecclesia, ubi unustantum adhibebatur patrinus, non tam testis, quam sponsoris loco, cui infantis cura institutionis & pietatis postmodum erat, defunctis parentibus, demandata, Mastricht. l. c. p. m. 52. (cum quo tam non facimus, quod in jure nostro ibid. duos istos actus, sponsoris & testis, in eadem persona concurrere posse negat) De facto interim olim recessum ab illo Leonis interdicto, & duos pluresve adhibitos fuisse, aliterit Rittershus. l. c. Aliam, præter hanc causam, affert, Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 2. prohibitionis plurium patrinatorum, ne scilicet nimium extendatur cognatio spiritualis, & coarctetur ita libertas nubenda. Sed

Sed quoniam, uti §. 6. cap. 4. huj. *Dissert.* demonstravimus,
hæc spiritualis cognatio nudum est inventum humanum,
Ecclesiæque primitivæ & juri divino incogitum, eandem
nos Augustani parum curamus.

§. IX.

Si vero fuerit partus adulterinus, incestuosus, vel extra
legitimum matrimonium per scortationem & vulgo conce-
ptus, secundum jura statutaria duo tantum patrini suffici-
unt, quemadmodum in specie innuit *Ordinat. Eccles. Dn.*
Augub. *Administ. Magdeb.* cap. 3. num. 11. in verbis:
Wenn es aber Kinder seyn / so außer der Ehe erlauffen
und gebohren / sollen nur zweeme Gevattern / so wohl in
Städten als Dörfern / zur Taufe gebeten und zugelass-
sen werden. Hinc etiam hujus numeri transgressoribus
promiscuè, sive ex legitimis nuptiis, sive extra easdem par-
tus quidam profet, pœnam statutam videmus 100. flore-
norum, in *Ordinat. Eccles. Eleç. articul. general. 6. §.*
Als auch unseugbar / etc. quam tamen, præterim si ex
imperitia, quæ dolum læpius mitigat, legem quis fuerit
transgressor, ex usu & observantia fori nostri judicis arbit-
trio derelictam esse, innuit *Carpzov. in Jurisprudent. Ec-*
clesiastic. def. 209. lib. 2. num. 7. Memini quoque in qui-
busdam locis in baptismo liberorum, extra justum matri-
monium quæstorum, numerum patrinorum augeri, quod
sorte commiserationis gratia introductum arbitror, ne sci-
licet infantes innocentes, alias propter scelera parentum
mundo sat odiosi, etiam in educatione, respectu pietatis, &
Christianæ fidei, damnum aliquod irreparabile patientur,
diabolique retia incautius incurvant. Idem judicium esto
de infantibus, ex complexu Satanicō (secundum multorum
opinionem) productis, quod, quomodo fieri probabiliter
pos-

(49)

possit, vid. Dn. Praef. Dissert. de Impotent. Conjug. cap. 5. th.
2. num. 19. & seq pag. 91.

§. X.

Modum adhibendorum patrinorum in primitiva Ecclesia, praesertim quo ad adulorum baptismum, sic describit Maastricht. p. m. 34. & seqq. Suscepito sponsoris munere, sponsor baptizandum deducebat ad sacerdotem, inque Ecclesiam; canebatur tunc hymnus quidam, quo finito, interrogabat baptizandum sacerdos, cur venisset, ille cum desiderium suum exposuisset, ut cum docuerat susceptor, petebat, ut sub intercessione sponsoris sui, Deo, & iis, quae ad Deum pertinebat, liceret potiri. Intercessionem illam sponsoris Dionysius uectitacu appellat. Tum tradebat ei capita religionis Christianæ Sacerdos, jubebatque Sacerdotibus, ut & Baptizandi & Susceptoris nomina in album referrent, tametsi saepius adulti nomen, quod ante baptismum habebant, retineret. Quo ad baptismum vero parvorum infantum, non reperire potui multa in hoc negotio apud veteres, à nostris hodiernis moribus disceptantia. Patribus enim superstitionibus semper incubuit eundem, quam primum fieri potuit, procurare, vel si fuerint negligenteres & patrinos invitare celsaverint, quid noluerint, matri aliisque proximioribus cognatis hoc ex officio à Magistratu injunctum est. Dabant igitur plerumque ipsi parentes infanti nomen, in baptismo imponendum libri illi, in quos nomina baptizatorum itemque susceptorum referbeantur, Διπλούχα vocabantur (hodiè dicitur Tauff Bücher) à complicando, quod bis complicarentur aut conververentur, de quorum diversitate vid. sap. laud. Dn. Maastricht. p. m. 38. & seqq. Habemus & olim apud Graecos & Romanos Tabulas professionum, l. 6. Statum, C. de

G

sicutq; misere fid.

7. id. instrument. 1. Non nudis. 14. C. l. cum de astate. 15. I. Imperatores. 29. §. mulier. 1. de probat. quas, an scilicet cum fibris nostris lustricis convenient, examinandas aliis relinquo. Imponebatur sequentibus temporibus etiam ante baptismum & adulto, & infanti nomen, tam à patrino, quam à parente, præsertim, ubi jam moris erat, nullis, nisi Paschatis & Pentecostes, festis (exceptio necessitatis calu,) non menari, can. ii. & seqq. distinct. 4. de Consecrat. De impositione nominis apud Hebreos, in die octavā circumcisionis, constat ex sacris bibliis; apud Romanos, quæ siebat die lustrico, maribus nono, sœmellis octavo, vid. Maiorob. i. saturn. 16. Coeterum horum librorum lustricorum usum scitè depingit Zepper loc. sep. allegat. cap. 14. Quoties enim, inquit ille, sit, ut in terris exterris & longinquis, aliis ad conjugium applicent animum, quos literis, ut olim vocabantur, formatis, quod videlicet legitimo conjugio & tototati sint, munire, inque evidenter rei hujus testimonium, annum & diem, cum conjugii parentum, cum ipsorum etiam nativitatis, & baptismi percepti exprimere oportet? Quod non facile, nisi talium librorum beneficio fieri potest, imprimis, si vel parentes ipsi hoc non annotarint, vel vitâ uterque parentum functi sit, vel post multorum annorum resolutionem oculati & fide digni harum rerum testes non amplius supersint. Quoties inter vernas etiam & indigenas, de ætate matrimonium contrahere voluntum, & a maturi illi sint conjugio questio incidit, unde plebejii & rusticci homines, qui annotare diem & annum natum liberorum suorum non potuerunt, & ita calculo inter ipsos convenire non sat is potest, præsertim si ad litem respetet, immo iudices etiam eausarum matrimonialium, expeditre se, nisi alibi tales & catalogi baptizatorum adminiculor, nequaquam possunt.

§. XI. Por-

Porrò ad formam baptismi pertinere pariter ac referri ad opinor, ut Parentes baptizandi naturales, liberorum suorum baptismo in Ecclesia præsentes adesse & publice assistere jubeantur. Rationem affert: *Wilhelm. Zepper in Polit. Ecclesiast. lib. 1. c. 14.* ut cum Ecclesia suas quoque pro infante preces ardentius conjungant, & de suo in educandis liberis officio à sacerdote efficacius admoneantur. His junge, ut nec parentes ipsi, nec ab iisdem invitati Patrini, ante inchoatum ipsius baptismi actum, inutilibus comedulationibus vel compotacionibus lèse obruant, adeoque, contra naturam testium non rejiciendorum, vinō cibōque ol' ruti, se se ad testimonium in hoc actu tam arduo sacerdoti fiant. Prout nec hoc, post actum baptismi jam consummatum, (licet de facto in pagis, ab Ecclesia, ad quam pertinent, longius quadantenus dissit, sepius contrarium fieri consuevit) Patrinos, vel alios baptizati cognatos & invitatos hospites decet. Quin potius iudicem debent eam, quam ha-
genus innocentem Deo & Sacerdoti in baptismo obtulerunt, animam: quam primum fieri poterit, domicilii & quieti in thoro materno reddere, seseque ita gerere, quemadmodum urgent Ordinationes Ecclesiasticae, & boni Christiani melioris notæ, ac integerimæ vitæ asolent. Singularem de hoc, uti in aliis territoriis, ita quoque in Archi-Episcopatu Magdeburgensi reperimus sanctionē in *F. M. R. O. cap. 3. artic. 15.* Ein böser Gebrauch ist auff denen Dörffern/dz die Gevattern/uni andere/sod der Lauffe behy gewohnet/nach der selbē Vollendung in die Schenckhāuser lauffen/un allda Fresserey und Saufferey anstellē; des wegen solches bey Straffe hiemit verboten wird un sollen die Gevattern un Beystände mit dē Kinde vielmehr nach

(52.)

Hause ellen / und dasselbe wohl verwahren / bevorab in
Winters Zeit / da die Tauffe oftmalhs in einem andern
Dorffe geschieht. add. Churf. Sächs. General-Artikel /
zit. v. von der heiligen Tauffe und Nocht. Tauffe / in verb.
Nach dem an etlichen Orten gebräuchlich / das die Bau-
ersleute die Kinder / so bald sie getauft / durch die Pa-
ren in die Schenckhäuser tragen lassen / daraus mehr-
mals grosser Unraht entstanden / soll bey ernstlicher
Straffe solcher Brauch hiermit abgeschafft / desgleichen
durch die Pfarrer jederzeit das Bauersvolk ernstlich
erinnert und vermahnet werden / alsbald wiederum
zu Hause zu kehren.

S. XII,

Quamvis etiam in quibusdam locis singularis pom-
pa , epulæque , pro facultatibus parentum , sat lautæ post
baptismi præstò fuere , invitatis hospitibus soleant parari ,
& non eamus inficias , hancem inter adiaphora numerari
posse ; nec velimus Nobilibus , item militibus , à lege po-
litiva ut plurimum exemptis , multò minus Personis illu-
strioribus & jurisdictione territoriali præditis , earumque
(fortè propter privilegium indulsum , nam dispositio Prin-
cipis in huce optimè procedit) ministris legem prescribere ;
attamen illud , propter singulæres abusus , in specie
restrictum , atque limitatum reperimus in præallegata
Constitutione Archiepiscopali art. 12. ita quidem , ut nisi
Patrinis , obstetricibus , & iisque mulieribus , quæ parturi-
enti inevitabilem in partu operam tulerunt , nihil , vel pran-
dii , vel cœnæ , exclusis omnibus agnatis , familiaribus vel
peregrinis , præparari debeat : verba ita se habent :
Die Gasterreien bei den Kindtauffen / so wohl in Städ-
ten / als auf den Dörffern / werden hiermit gnugsaam

et

er heblichen Ursachen gänglich verbothen/ doch soll denen
Weibern/ so der Kindbetterin in der Noht beygewohnet/
ingleichen den Gevattern / und gar keinen Personen
mehr / es seynd Freunde oder Fremde / eine Mahlzeit
zu geben verstattet seyn / wer darwieder thun und han-
deln wird / soll deswegen ernstlich gestrafft werden.
Habuerunt quidem Judæi, Græci atque Romani, imo et-
iam adhuc Turce, aliquæ pagani singularia in suis cir-
cumcisionibus juxta ac nominalibus convivia, quæ itidem
primitiva Ecclesia in totum neutriquam neglexisse, proba-
bile multis videtur, (ut ut de iisdem testem hucusque omni
exceptione majorem invenire non potuerim,) interim ab-
usum eorum apud nostros, qui orthodoxy vocari volunt,
frequentissimum iustissimè acculare coger cum *Wilhelm.*
Stuck. antiquit. convival. l. 1. c. 16. ex quo suā defūsum sit
Maastricht. p. m. 76. Lustricus hic baptismi dies hodiè apud
Germanos & alias gentes Christiani nominis sumptuosis
plerumque, luxuriosisque conviviis celebratur, in quibus,
ut insans aqua sicut baptizatus, ita viri pariter atque mulie-
res vino immodico ita baptizantur obruunturque, ut ne-
que mens, neque sensus, ipsius mentis affectus, amplius of-
ficiū suū facere possint. Et autem hæc consuetudo
multis nominibus vehementer improbanda. Nam pri-
mo maxima DEO fit injurya, cuius augustum veneran-
dumque Sacramentum, (quo Insans initiatus & in sancto-
rum album adscriptus est) fodissimè polluitur atque con-
taminatur. Illud est symbolum, quo monemur, nos Chri-
sti sanguine agnati nostri peccati sordibus esse ablutos, ita
ut una cum Christo cum Capite nostro, & crucifixi, &
sepulti, & mortui, & excitati ; Corpusque peccatorum
carnis exuti regeneremur, sanctificemur, & in sanctorum

(54.)

merum ac societatem accensemur. Qui igitur convenit, nos eodem statim die, quo ea, quæ paulo ante commemorata sunt, & nostro & infantis nomine sancte popondimus, ebrietatis rursus, gulaque sordibus inquinari? An non hoc est, & suis canis instar ad vomitum, & suis instar lutulentæ ad pristinum statim cœnum lutumque revolutari? Non ergo vel nobis, vel infanti DEI gratiam, sed iram potius atque furorem horrendum, insanâ istâ tanti sacramenti profanatione conciliamus. Deinde insanis hisce luxuriosisq; conviviis ipsis quoque miseris puerperis, quæ tot tantisq; paulò antea exantlatis laboribus otium & quietem desiderant, plurimum laboris & molestiæ exhibetur. Adhac sumptuosis ipsis epulis, opes ad puerperatum atq; infantum miferorum sustentationem per quam necessariaæ absumuntur, ita ut & puerperas & infantes miseros fame postea omniumque rerum inopia premi atq; vexari sit necessis.

§. XIII.

De vestimentis insuper pretiosioribus magisq; munidis, an & hisce requisitus patrinus in actu baptismi, salvâ conscientiâ, uti possit s' videatur affirmativa decisio ap. Andr. Kesler. Theolog. cas. conscient. cap. 6. p. m. 38. in quest. Ob ein Christ mit guten Gewissen gestärckte Rägen und Umschläge w. fragen können? n. a. in fin. De tempore etiam baptissimi celebrandi notandum, illud partim respectu Parentis, qui patrinos invitare debet, partim respectu patrionorum invitatorum duplex hic occurret. Parentis quod attinet, eò ante omnia laborent, ne baptismus infantis jam recens nati, sortè propter unam vel aliam vanam & minus præparatam pompam procrastinetur: (præsertim quoniā statuta, & adulorum maximē ergò introducta, palcha-

tis

tis & pentecostes tempora, de quibus in §. 10. huj. cap. amplius non observentur apud nostrates, nec necessaria judicentur.) Certissimè quippe sibi perivadere debent, se labem non tantum in conscientia conciliasuros, sed & magistratu poenias datus gravissimas. *Constit.* Archiep. M. l. c. 15. in verb. und bey denselbige fleißig crinnern/dz sie thre Rindlein um Hoffarth oder Armuths willen/weder eine oder mehr Wochen/nicht ungetauft liegen lassen/sondern der selben Tauffe unsäumlich befördern/und nicht aufschieben/anderer Gestalt sol es von der Orts Obrigkeit nicht ungestrafft bleiben/ idque adeò severè in artic. 10. urget Serenissimus, ut si Sacerdos aliquem excessum tam ratione conviviorum, quam Patrinorum, aliudque id genus exorbitantiarum habuerit compertum, illum ratione officii adstrictus sit, Magistratui loci indicare, atque si forte ille in animadvertendo minus promptum se exhibuerit, totum negotium ad Dominum territorii, vel ejusdem Consistorium supremum deferre.

§. XIV.

Hinc rectè quoque Consistoria nostra, morem supra in §. 10. observant, sanciverunt, ut si Pater in officio invitandorum ac requirendorum Patrinorum vel sponsorum ad Infantis sui baptismum negligens existat, nec ulla adhortatione vel comminatione ad hoc adigi queat, matri, alisque cognatis proximioribus id injungi debeat, non modo ratione pietatis, cuius intuitu etiam cognato egeno viectum & amictum subministrare secundum Bartol. à Saxo ferrat. in L. communis. 10. §. alimentis. 2. f. de aliment. & cib. legatis. jure sunt obstricti, sed etiam ratione proximitatis, quæ jus succendi ipsis debet, nolle. 115. cap. 3. prouti quoq; *Constit. Elect. suprad.*

saprem, respondit Mens. Julio 1610, in verb. Im Fall
der Mann die Gevattern zu bitten / sich verweigern
würde / solches das Weib / oder die nächsten Freunde bei-
stellen / und dem Kindlein die Tauffe / inhalts Churf.
Sächs. R. O. ohne fernere Nachforschung und Beden-
cken wiederfahren soll. Rationem harum rerum submi-
nistrat B. Carpzon. in Jurisprud. Consist. l. 2. Def. 262. p. t.
Si enim indigenti cognato proximiores necssaria, pro vi-
rili, suppeditare ex charitate Christiana, imo per conle-
quons, jure naturae sunt obligati, prouti præter Barthol. l.
c. manifestum evadit ex l. quis filium. 4. ff. ubi pupill. educ.
vel morar. deb. quidni multo magis curam animæ ejusdem
gerere, & administrationem baptismi matutinare, juxtim &
promovere tenentur : præterea si à successione ad ali-
menta argumentari possumus, juxta Surdam de aliment.
tit. 1. quest. 25. n. 5. per l. 73. mutus §. manente. 1. ff. de jur.
dot. cur non à successione ad curam animæ argumentari li-
ceret, idquodum maxime, quia hæc alimentationi longè
prævalet.

§. XV.

Patrinis legitimè invitatis (tām oretenus, quam per
shedum, vulgo Gravatter Briefe) conveuit, ut vel se-
metiplos intra tempus destinatum (quod pro locorum di-
versitate vel ante, vel promeridianum, & in se arbitriarium
est,) in Ecclesiis sistant, vel alias personas habiles suo no-
mine substituant ; hinc memini in Misnia, prædictim a
pud Numburgenses, observari, ut , si hora ad baptismum
destinata patrini in templo sele non sistant Sacerdos bapti-
ziturus vel custodem templi, vel alias personas integrio-
ris vitæ & famæ testium loco adhibere, in vitis licet quan-
doque parentibus, queat. Atque hoc tempus ex jure sta-
tu-

(57.)

tutario Hall. Sax. post præterlapsos duos vel tres quadrantes hora 3. pomeridianæ est præfixum, vid. H. R. O. von der Heil. Tauffe und ihrer Reichung. in verb. und sollen die Leute in denen Predigten verinahmet werden/wo sie die Stunde nicht halten/ und umb 3. Uhr oder kurz zuvor gewisse in der Kirchen seyn mit dem Kinde und gebetenen Gevattern/ soll die Schuld und Versaumung ihre seyn/ und den Tag alsdenn die Tauffe nicht geschehen / es siele deim gewisse Ursache fur zu dispensiren. Semper enim casus necessitatis, & prælertim die Noth/ tauffen/ quæ & in domo privatâ quoconque tempore non tantum a Sacerdote, sed & quandoque, sinevitabilis contingens hoc svalerit, ab obstetricibus, vel aliis ex personis publicis præsentibus expediri potest, excipitur. Quemadmodum & hoc in casu regulari ex tenore præallegatae Constitutionis, si forte baptismus in diebus Sabbathi celebrandus veniat, statim post concionem vespertinam expediри debet. Sed nec in his alii juri locali, vel personis amicta exceptis, prædicatum volumus, unicè per hacteaus citata exempla Magistratibus svalentes, ne mediante dilatione baptismi tam per Parentes, quam Patrinos interveniente, partui baptizando quid detrimenti, vel suspicione minus inter cordatos bene- volæ, concilietur.

H CAP.

CAP. IV.

PATRINORUM FINEM ET EFFECTUM ADUM- BRANS.

§. I.

Causa Finalis adhibendorum Patronorum multifaria est. Sunt etenim, ut ante præmonitum, Testes legitimè administrati baptismi, (quod, an ex *Ez. 8. v. 2. & 3. Jun. & Tremell. ad h. text.* probare possint, alii judicent, afflumtos siquidem credimus testes Uriam Sacerdotem & Sachariam libri istius magni, quodex mandato divino conscribere debbat Jesaias, non autem ut attestarentur circumcisio[n]em, promittunt iidem se promoturos salutem tam temporalem, quam æternam baptizati sive adulti, sive infantis; sicut tunc similiter infantem Ministru baptizandum, ac precibus suis DEO commendant, eduntque præterea nomine parvuli confessionem; uno verbo, Parentes evadunt suscepti quasi Spirituales, eundemque, in quantum possibile, in omni pietate erudire sunt adstricti, vid. *Dunt. cas. conscient. cap. 14. sect. poster. de Baptism. q. 5. Gerhard. Loc. Theolog. de Baptism. §. 268.* Idem patronis adscribit *Polyd. Vergil. de rer. invent. lib. 4. c. 4.* Et *Augustin. serm. de temp. 116. tom. 10.* qui filios, inquit, aut filias excipere religioso amore desiderant, & antequam baptizentur, & postquam baptizati fuerint, de castitate, de humilitate, de sobrietate, de pace eos admonere, vel docere non desinant, & agnolcant se fidejusores eorum esse, pro ipsis enim respondent, quod abrenunciens diabolo, pompis & operibus ejus, sed ideo tam illi, qui

(59.)

qui excipiunt, quam qui excipiuntur, tam Patres, quam filii pactum, quod cum Christo in Baptismi Sacramento confidunt, custodite contendant: nec unquam aliquid de diaboli pompis vel mundi istius luxuriosis oblectationibus concupiscant, jung, fuisse Ponce de matrem lib. 7. cap. 37. n. 2. Arbitratus equidem Paul. Laymann. Theolog. Moral. tom. 2. l. 5. tr. 2. cap. 9. n. 1. pag. 319. cum Thom. quæst. 67. art. 8. & ibid. Suarez. Aegid. Coninck. Sæ. ver. baptismus num. 13. Henriquez. lib. 2. cap. 14. n. 1. ubi baptizati inter fidèles educantur, atque à parentibus, parocho, vel iudicistro in fide catholica instrui solent, tali obligatione, ferme liberatos esse patrinos: unde & addere dicit Aegid. l. 2. suscepторem sive patrinum tali obligations tantum teneri, dum baptizatus rudis est in doctrina christiana, quo semel bene instructo, cessat obligatio, quia non amplius ille parvulus est & prædagogo indigens. Veruntamen hoc assertum ab omni parte beatum non est. Tutius igitur existimo, si statuatur, obligationem à patrino factam sese ad totura vitæ tempus baptizati extendere, ita ut ille adstrictus sit suscepторum ubique lapsus fuerit, forte in hæresin vel aliud notorium scandalum, informare, corrigere, & quantum possibile, ad vitam saniorem reducere. Promittit enim suscepтор in baptismō, se eò allaboraturum, ut baptizatus bonus fiat christianus, ergo cum hac conditio nunquam, dum vivit suscepтор, ex toto dici queat adimpta, semper opus habet, ut quantum in viribus, eidem satisfacere contendat & annitatur.

§. II.

Effectum cause finalis Patrinatorum, qui eidem cum causa efficiente est communis, statuit inter alios Jus Canonicum, quod consistat, ut supra dictum, in prohibitione

H 2

com-

conjugii inter susceptorem & susceptam, & cognatione,
ut canonistæ putant, spirituali, quæ impedit Matrimoniu-
m contrahendum, & dirimit de facto (secus de jure. c. 5
vir. 2. x. de cognat. spirit. Andr. Vallenf. b. t. §. 8. p. m. 419. si
scilicet superveniat. Nam nec ullum aliud impedimen-
tum dirimit matrimonium ante allegitatem contractum,
licet usum ejus, id est petitionem debiti aliquando impe-
dire possit: nimis si quis filiam suam baptizet scienter,
extra calum necessitatibus, non potest ab uxore sua debitum
petere, soriè propter suam temeritatem, juxta Vallenf. l. c.
licet reddere teneatur arg. c. cit. 2. h. r.) contractum: imò
Abb. in c. fin. col. 3. de purgat. canon. Ecclesiam, inquit, sa-
pius dispensare adversus cognitionem carnalem, nun-
quam adversus spiritualcm: vid. Tiraqu. in l. s. nunquam.
§. C. de revocand. donat. n. 25. verb. suscepit liberos, Spei-
del. Notabil. jurid. verb. 35. Gevattern Cott. in memorab.
verb. compater. His adde Thom. de Aquin. in suppl. q. 56.
art. 1. & lib. 4. sent. dist. 42. quest. 1. art. 1. Ponce l. c. cap.
37. 38. 39. 40. per tot. capit. Martinus 4. cap. veniens. 6. cap.
tua. 7. cap. ex literis. 8. x. de cognat. spirit. can. i. & seqq.
XXXI. quest. 1. ex quibus constat, non tantum i esp. & u pa-
ternitatis inter susceptorem & susceptam, inter matrem
& susceptum, inter Baptizantem & Baptizatum; Item ra-
tione confraternitatis inter Baptizatum & filiam bapti-
zantis & contra; (non tamen inter ipsosmet plures patri-
nos, olim adhibitos, vel secundum jura canonica recen-
tiora, de facto suscipientes, Augustin. Barbos. ad Concil.
Tridentin. sciss. 24. c. 2. n. 19. item inter filios duorum com-
patrum, modo per neutrum eorum deuentum sit ad com-
paternitatem, vel obstat consuetudo loci, Anz. Vallenf. ad
cit. x. de consanguv. §. 5.) matrimonium esse prohibitum. Da-
niel. Venator. in analys. Jur. Pontific. ad cit. x. de Cognat.
spirit.

Spirituall., p. m. 730. His adde, quæ de matrimonio inter liberos duorum Compatrium profert, can. ita diligere, 30. q. 3. in verb., ita diligere debet homo eum, qui suscipit de sacro fonte sicut Patrem. Item. Est inter fratres & filios spirituales gratuita & sancta communio, quæ non est dicenda consanguinicas, sed potius habenda spiritualis proximitas. Unde inter eos non arbitramur posse fieri quodlibet legale conjugium, quando quidem nec inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione filii sunt, venerandæ Romanæ leges matrimonia contrahi permittunt. It. Si ergo inter eos non contrahitur matrimonium, quos adoptio jungit, quando potius a carnali oportet inter se contubernio cessare, quos per cœlestes sacramentum regeneratio Sancti Spiritus vincit. Longe igitur congruentius filius patris mei, vel frater meus appellatur is, quem gratia divina potius, quam humana voluntas, ut filius patris mei vel frater meus esset, elegit: prudentiusque ab alterna corporis comitione secernimur. Hæc repetuntur in seq. can. Pitacium (*Guid. de Bayf. ad h. can. p. m. 292.* legit Pictatum, eumque *Gloss.* derivat à pingendo, vel petendo) in verb. Pitacium nobis tua Veneranda fraternalis obtulit, per quod sciscitari curasti, si liceat filio, cuius pater alterius filiam, ex sacro baptismate suscepseritis, susceperis, i. e. spiritualem ejus patris filiam, (quod dici crudelē est,) in matrimonio accipere: quod apud Te enormiter asservisti contigisse. Sed benē Tua sancta fraternitas compertū habet, quod Dominus præceperit per Moysem dicens (*Turpitudinem patris tui vel matris, vel sororis non relevabis, Turpitudo enim tua est*) cum ergò à propriâ consanguinitate jubemur alitivere, multò magis à spirituali nostri patris filia, omni excusatione aut arguemento deposito sub nimia distinctione nos cavere convenit: ne in iram divini exāminis incidat, si quis tali facinore mistus,

minime restrinxerit fræna luxuriae; Unde & omnes omnino cavendi sunt à tali sceleris commissione, ne in perpetuum pereant, sed hunc qui hujus perniciosa temeritatis autor animæ suæ salutem despiciens, impiissimo le miscuit matrimonio, per omnia tua fraternitas studeat separare, & poenitentia dignæ submittere; quatenus ab æternâ erutam damnatione animam lucris. Conspirat cum his Gregor. Vallen. ad tit. x. de Cognat. Spirit. §. 4. p. m. 418. Ideò autem, innuit ille, nascitur potius ex baptismo & confirmatione (cognatio spiritualis) quam ex aliis sacramentis, quia per baptismum & confirmationem, & non per alia sacramenta, renascitur & regeneratur homo ad vitam æternam, seu unus ab alio recipit quoddam esse spirituale, can. 1. 2. c. 3. XXX. q. 3. Et in his sacramentis ministri trans, est quasi generans, susceptor vero sive patrinus est quasi mater, quæ nomine Ecclesie in suo gremio suscepit baptizatum & confirmatum. Et propterea, ut per naturalem nativitatem naturalis exsurgit cognatio impediens & dirimens matrimonium, ob peculiarem reverentiam, quam alter alteri debet, cui maxime repugnat actus conjugalis. Proindeque cum in aliis sacramentis non contingat hæc aut similis regeneratio, non contrahitur quoque aliqua cognatio spiritualis, c. fin. §. fin. de cognat. Spirit. in 6. Nam licet conferent esse spirituale gratia, non tamen id faciunt per modum spiritualis regenerationis, sed vel per modum alimentationis, ut eucharistia, vel per modum sanationis aut reconciliationis, ut poenitentia. Et hoc conjugium etiam Luitprandus Rex Longobardorum prohibuit, Rittersh. l. c. 1. 1. c. 16. p. m. 37. Excipit tamen ab his Urbanus in can. 4. l. c. filios vel filiam, ante vel post compaternitatem genitam in verb. quod spiritualium Parentatum

(63.)

rentum filii vel filia ante vel post compaternitatem genitum poslunt legitime conjugi, præter illam personam, per quam compatres sunt effecti. Simile porro continuatum novimus, teste cum aliis Thom. Sanchez, de Matrim. lib. 7. quoad compaternitatem inter baptizantem & baptizati Parentes, suscipientes eorumque coniuges.

§. III.

Quando autem haec cognitio spiritualis, quam sati- antiquam quidem novimus, cooperit, nemini exesse con- stat, Bas. Ponce de Matrim. cap. 39. n. 2. lib. 7. p. m. 340. haec: habet: ut quando cooperit eiusmodi impedimentum in Eccle- siâ, non explicant. Forsan ex Apostolorum traditione de- rivatum. (quæ tamen conjectura est falsissima uti etiam illa, quam profert Andr. Vallens, ad tit. x. de cognat. spirit. §. 4. p. m. 418. hanc cognitionem fundamentum in Novo testamento habere. 1. Pet. 1. Quamvis lue enter conceda- mus, illam eidem non contradicere: interim nondum se- quitur: quicquid aliqui rei non contradicit, illud in ea. fundamentum habet.) Ego quidem primam legem scripto- latam non reperio ullam ante can. 21. (quem tamen spuri- um esse & à Jesuitis additum, supra probavimus.) Concil. Nican. ubi: nemo fidelium cum patre aut matre spirituali, matrimonium contrahat, id est, cum patrinis aut matri- nis, & qui hoc commiserit, habetur ethnicus, quousq; sepa- retur, &c. Inde postea plures alii canones emanarunt, quibus ea cognitio stabilira, & diversi gradus distingui, & connubia ejusmodi vinculo interveniente prohibita. Idem confirmat Didac. Covarruv. de Matrim. part. 2. cap. 6. §. 4. Ita Pontificii ex proprio cerebello, propriæque causæ te- stes, quorum ex parte vestigia Imperatorem Justinianum diuante quoque legibile, patet ex sup. allegat. l. 26. C. de-

Nuptiis.

(64.)

Nupt., qui nihil aliud sic inducere posse Paternam affectio-
nem dicit, & justam nuptiarum prohibitionem, quam re-
xum hujusmodi, per quem DEO mediante copulantur a-
nimæ. Et hanc prohibitionem continuaſe papam Theodo-
dattum, autor est Johann. Kromayer in. Judic. Historic. Eccle-
ſiaſt. A.C. 615. p. m. 403.

§. IV.

Pervalus autem fuit Religiosissimus ille princeps Ju-
stinianus, testibus Alberic. Gentil lib. 5. de Nupt. cap. fin.
& Rittersh. in differ. jur. civil. & can. lib. 1. cap. 15. à suis
Episcopis, ut crederet, hanc susceptionem ex baptismō
spiritualem inducere necessitudinem, quæ nuptiis esse de-
beat impedimento. Et hanc prohibitionem postmodum
Sacerdotes in Romana & Orientali Ecclesia laici exten-
derunt etiam usque ad septimum gradum, videat. Matth.
Monach. lib. 8. Jur. Grac. Roman. cit. de Susceptoribus ex
Sacr. Baptism. ubi assertur canon. 53. Synodi Sext & Trullen-
sis : Spiritualis necessitudo major est coniunctione cor-
porum.

§. V.

Cæterum hæc antiqua Canonistarum assertio, atte-
ntantibus ipsis Pontificiis, satis animadvertisit correcta,
præsertim in superiori seculo per Concil. Trident. Sess. 24.
cap. 2. de Reformat. matrim. Primo enim videmus, con-
sentientibus Navarr. in mensual. cap. 22. n. 30. Basil. Ponc. de
Matrim. loc. sep. cit. & Henric. Zaf. ad cit. x. ne cognat.
spirit. n. 3. 4. abolitam esse decisionem cit. cap. final. adeo-
que ipsos suscipientes nullam inter se cognitionem contra-
here, cum de iis non loquatur Concilium Tridentinum,
sed tantum de cognitione contraſta cum baptizato ejusq;
Pa-

(65.)

Parentibus. Secundò amplius in usu non est capie. 4. & per consequens Patrinorum sive suscipientium conjuges hodiè, ut olim, cognatione spirituali non afficiuntur. Ter-tiò sublata reperimus cap. 3. & 4. item can. final. XXX. quest. 7. ita quidem, ut inter baptizatum & liberos baptizantis & suscipientis hodiè nullum sit impedimentum; & liberi tales non impedianter jungi; nec etiam ab una conjugе contracta cognatio tangat alium, quo minus jungatur baptizato aut ejus Parenti; addatur Zæf. ad h. t. n. 4. in fin. &

¶. 90

¶. VI.

Remansit igitur sola cognatio spiritualis inter baptizatum ejusque Patrem & matrem ex una parte, & baptizantem ac Patrinos, ad summum unum & unam, ex altera, quorum nomina libro per Parochum inscribantur. Harmenop. l. 4. tit. 6. Lombard. l. 4. sent. distinct. 42. Th. supplem. 3. par. quest. 56. Matth. Monach. l. c. add. cap. præced. 3. §. Diff. Veruntamen, ut s'pe dictum, hæc cognatio spiritualis nudum censemur inventum esse Ecclesiæ, ex ejus arbitrio dependens, utr quoque affirmant ex can. De eo. can. si quis filiastrum. & alii multis, XXX. q. 1. c. veniens. v. x de Cognat. Spir. t. h. x. in 6. Andr. Vallen. ad h. t. §. 4. Covarruv. p. 3. cap. 6. §. 4. n. 1. Sanchez. 7. Diff. 54. n. 2. Hinc quoniā iuri natura divino, positivo & moribus primitivæ Ecclesiæ incognita fuit, adeoque fundatum primum in liberrena impositione hominum posuit, (quod nec Vallen. l. c. p. m. 418. & Covarruv. cit. p. 2. de Matrim. cap. 6. §. 4. in to-tum negare possunt, utut hic parum sibi constans, quoad cœtera, ibidem reperiatur) ab Augustanæ Confessionis Magistratibus tanquam res adiaphora & mœræ voluntatis insuper habetur, nec cognationem aliquam parit, multo minus

minus impedimento est nuptiis jung. Pomeresch. §. I. Inflit.
de Nupt. Struv. Exercit. 20. t. b. 40. Sutholt. dissert. 2. t. b. 30.
Cypr. de Matrim. §. 4. cap. Pfeil. cent. i. consil. 5. Dn. Ziegl. ad
Inst. Jur. Can. l. 2. t. 5. §. 5. p. m. 338. Philipp. Melancth. in Loc.
Comm. de Conjug. Wesenb. de Rit. Nupt. n. 4. Everhard. Speck-
han. in Analyt. Jur. Pontif. p. m. 326. Meminit quidem Hahn.
in observ. ad Wesenb. Parat. de Rit. Nupt. n. 4. Ordinat. Du-
cat. Luneb. sit. 30. ubi, Jure, ait, provinciali impedimentum.
hoc attenditur saltem in suscipiente & suscepto: Es solleis-
ner oder keine/die/ oder den jentigen/so er/ oder sie/ aus der
Tauffe gehoben/zur Ehe nehmen: aber ihre/auch ihrer
Eltern Kindern/wie dann auch der oder die Gevatern/
und des Kindes Eltern/ mögen des vermeinten Päbstl.
Verboths ungeachtet/einander zur Ehe nehmen. Sed hæc
constitutio specialis est, & jure statutario ex beneplacito
supremi principis territorii, adeoque ex libertate, non ve-
rò (uti Pontificii somniant) ex necessitate Christiana in-
troducea; quam etiam rursus pro lubitu summus provinciæ
legislator immutare potis est. Lege Suecanica, (ipso faten-
te Hahnio. l. c.) in his nulla prohibitiō est, jung. Latten. in
Syn. Jur. Suecic. Dissert. 3. q. 12.

§. VII. Pater igitur ex hiscc, Status Augustanæ Con-
fessionis non multum curare reliquos effectus cognationis
spiritualis, quos tamē ingenti catervā nobis obtrudunt Pon-
tificii Doctores & Casuistæ Didac. Covarruv. p. 2. c. 6. §. 4. n. 7.
Thom. Sanchez. de Matrim. Disp. 54. & seqq. Basil. Pome de
Matrim. lib. 7. cap. 37. & seqq. Thom. 4. Disp. 42. q. 1. art. 3. Na-
varr. in Sum. cap. 22. n. 39. & seqq. Jacob. 4 Graph. p. 2. Decisi-
aur. lib. 1. c. 5. Gabriel. Vasq. tom. 2. p. 3. q. 67. art. 7. Palud. in 4.
Distinct. 42. Heinric. Zas. Nic. de Tadesch. Heinric. de Boiche.
Eduard. Cardinal. Flottens. Petr. de Ancharan. Johann. Andr.

ad*i*

(67.)

ad tot. rit. x. de Cognat. Spirit. Nos hac vicē non detrēctā-
mus, præsertim ne penitus ignorasse videamur, eosdem
singulāribus includere quæstionib; prouti nobis, absque
responsione, proponuntur à Gisberto Voet. in Polit. Ecclesi-
ast. p. i. l. 2. tr. 2. sect. 3. c. 4. q. 10. insimulque ex mente & hypo-
thesi Pontificiorum, (quam quidem ne quicquam appro-
bamus, uti ex supra saepeius refutatis constat,) addere reso-
lutiones, quatenus videlicet cum eorū jure & scriptis juxta
ac pronunciatis convenient. Erit autem (1.) An species co-
gnationis spiritualis inter baptizatum & filium filiamve su-
ceptorum, prohibita in cap. super eo. 3. x. de Cognat. Spirit.
per Concilium Tridentinum sit sublata? Resp. Aff. per
sess. 24. cap. 7. Pone. l. c. c. 30. n. 7. & seqq. Zæf. l. c. num. 4. idem
dicendum de cognitione ex catechismo, olim prohibita,
c. 2. de cogn. spirit. in 6. quam abrogarunt Patres Tridentini,
c. 2. Sanchez. 7. Disp. 10. n. 10. Quæritur (2.) an ille, qui tan-
quam testis solummodo interfuit, ne que suscepit, levavit,
vel simile ministerium præstavit, contraxerit cognitionem?
Resp. Neg. Requiritur enim necessariò, ut patrinus tem-
pore baptismi baptizatum tangat, vid. Sanchez. lib. cit.
Disp. 56. n. 5. (& quidem tam materialiter, quam formaliter,
h. e. cum intentione spondendi & omnium aliarum
qualitatum, quæ in genere ad patrinum requiruntur: solus
enim materialis tactus infantis patrinatum non operatur,
Laymān. l. c. m. 4. q. 1. & n. vers. Tertia est intentio. I) hoc autē
cum hic deficiat, nullam cognitionem importat; & hæc de-
cisiō manifestè probatur ex Decr. S. Congreg. Cardinal. de
Ann. 1597. (3.) An Episcopus possit concedere licentiam, ut
duo viri, loco viri & mulieris, sint susceptores? Resp. Aff.
tametsi quidem, ut supra monitum, §. 5. extenore Concil.
Trident. unus tantum patrinus & ad summum duo, unus vir,

unaque foemina adhibendi veniant; attamen, quia illud partim respexit ad can. in catechumo. diff. 4. de Consecr. ubi unus; partim ad Concil. Eboracens. Sub Calestin. III. ubi tres, pro diversitate sexus, & mares & foeminæ vocari poterant, merito, ad evitandas plures inconvenientias medium viam, duas tantum personas concedendo, apprehendit. videtur igitur verba Tridentinorum exempli gratia tantum allegata esse, quæ præjudicare in casibus certis non possunt. Episcopo, si forte pars duos patrinos mares urgeat, & foemina non sit in promptu; tum maxime, quod patrini nostris temporibus ferè testium loco adhibeantur. Sufficiat quo. circa, numerum non fuisse, in eligendis patrinis, transgressos baptizandi parentes, tametsi in personis aberraverint. (4.) An procurator susceptoris contrahat sibi cognitionem, an virò mandanti? Resp. mandanti, Nicol. de Tadesch. Høstiens. & Alexand. de Nov. ad c. convenient. 6. x. de Cognat. Spirit. Non obstant canonos, qui actionem personalem sonare videntur, v. g. tangat, accipiat propriis manibus. Istæ enim actiones, licet per procuratorem fiant, à nobis fieri dicuntur; sicuti & profiteri quis per procuratorem dicitur, & jurare ac vovere. Ponce. lib. 7. cap. 39. n. 10. qui in fin. neutiquam probat, quod arbitratur Zaf. l.c. n. 10. posse consuetudine introduci, ut procuratori acquiratur cognatio. Porro, an (5.) qui præses tantum su. it in Ecclesia, cum in infante domi baptizato implerentur. solemnitates, cognitionem contraxerit? Resp. Neg. cum. verè non conferatur baptismus, nec ulla subtilis regeneratio, qua est causa hujus cognitionis, ut eā cessante, cesseret & ejus effectus, Zaf. l.c. n. 12. Sanchez. lib. 7. Diff. 62. n. 4. & seq. An (6.) cognitionis species, à Concil. Trid. defini. nitæ, pertineant tantum ad matrimonium contrahendum.

non

(69.)

non ad contrahendum dissolvendum? Resp. Pertinent ad contrahendum, *Pont. l. cit. cap. 40. n. 7. & seqq.* Similiter (7.) An plures contrahant, si non constet, an sint electi & designati ad compaternitatem, & tamen omnes baptizatum tenuerunt? Resp. Aff. licet enim hunc casum reperire non potuerimus in Concilio Tridentino, attamen malum cum *Sanchez. 4. Disp. 57. n. 11. & seqq. Navarr. Manual. c. 22. n. 39. Heinrit. Zes. l. c. n. 7 arg. c. fin. de Cognat. Spirit. in 6.* stare à decisione juris antiqui, ubi omnes contrahabant: Si vero plures tangant, ubi unus tantum designatus fuit, illos *Pont. l. 7. c. 39. n. 11.* præter designatum, non contrahere aliter, ex mente c. 2. concilii sapienti. (8.) An commater, quæ juxta consuetudinem loci non levat aut tangit infantem, nisi cum post baptismum ei traditur à compatre, contrahat? Resp. Negamus de jure stricto, vid. quest. supr. resolute. 2. Affirmamus de æquitate: sunt enim in hoc baptismo duo personæ, conjunctum officium patrinorum, non vero disjunctum exercentes. Quamvis nunc successivè actus expediant; interim ad eundem finem adhibitæ, eundem quoque effectum cognitionis spirituallis sortiuntur. Aliud esset, si vir præcisè ut patrinus, mulier vero ut nuda testis huic Sacramento adstant. (9.) An cognatio spiritualis, à viro contracta, eo quod aliquem tenuerit in baptismo, vel confirmatione, transfundatur ad uxorem, vel contra? Resp. Aff. de jure canonico veteri, uti constat ex expresso textu c. *Martinus. 4. x. de Cognati. Spirit.* Neg. ex verbis *Concil. Trident. sess. 24. c. 7.* ubi videamus sublatam paternitatem & compaternitatem indirectam, *Zes. b. l. n. 4.*

II 32

§. VIII.

(10.) An religiosi in utroq; sacramento possint esse suscepторes? Resp. Neg. de monachis, monialibus & Atbatus, can. 103. & seqq. de Consecr. diss. 4. jung. cap. 2. §. 3. huj. Dissert. Gregor. Magn. Epist. 40. lib. 3. ne forte extra monasteria evocentur, & negotiis alienis implicentur, Dn. Ziegli. ad l. 2. t. 5. §. 6. Inst. Jur. Canou. Lanckhor. p. m. 339. (utus infolens non fuerit olim expositiois infante: a sacris virginibus colligi & ad baptismum offerri. Augustin. ad Bonif. epist. 23.) Affirmare possemus quoad Episcopos, quippe qui a jugo monasticae regulae absolvuntur, can. 1. statutum. XVIII. q. 1. ibique Gloss. & ita non tenet eos prohibitio suscipieadi, Sep. cit. Sanchez. 7. lib. diss. 60. n. fin. 21. & lib. 6. moral. c. 6. n. 24. Rodriguez. cit. 2. reg. quaq. s. 8. art. 3. Idem judicamus de Presbyteris & Diaconis, quia omnibus religiosis saltem claustris hoc munere interdicatum, Laymann. Theolog. Moral. tom. 2. lib. 5. str. 2. c. 9. n. 3. p. 319. Sic attestatur de Ragnemondo Turonensi. lib. 6. hist. n. 27. p. m. 273. qui, Sacerdos Parisiensis, filium Regis Chilperici de lavacro sancto suscepit, ipsumque Theodoricum vocari præcepit. Licet quoq; actum religionorum, jam perfectum, nullibi irritari, & ita eosdem cognitione hac affici affirmet Zas. n. 8. Disceptatur (11.) An si Petrus suscipiat filium Paulæ, adhuc infidelis, & haec postea baptizetur, possint valide contrahere? Resp. Aff. quatenus conversa. Neg. Si infidelis permaneat, Ferdin. Rebell. de oblig. Justit. p. 1. l. 3. q. 6. Basil. Pont. de Matrim. l. 7. c. 40. Sot. in 4. Diss. q. art. 3. Dilettantium Gloss. ad c. 1. XXX. v. 1. verb. ex lavacro. Silvest. verb. matrimonium. s. q. 8. dict. 12. & multi alii Dd. quos non curamus. (12.) An cum infans urgente necessitate domi baptizatur sine ceremoniis, & postea in templo

exdem

eadem ceremoniae adhibentur, illuc contrahatur cognatio
 à susceptione, an vero hie? Resp. Illic. Non enim bapti-
 smus secundum Verbum Dei servetur in infanti, sive à ministro
 Ecclesie, sive à laico & feminis, in casu necessitatis, im-
 pertinet, restatur, sēpius hoc prohibentibus Pontificibus,
 sed tantum ceremonia omisita solennis: in ex baptismō
 in aliis solenni reverā contrahi cognitionem, quicquid dicat
 Sot. in 4. Disp. 42. q. 1. art. 2. statut Pont. de Matrim. c. 40. n. 5.
 (13.) Utrum si parochus ex his, quos parentes designarunt,
 unum solum admittat, amboq; nihilominus infantem susci-
 piant, contrahat repulsus à parocho cognitionem? Resp.
 Neg. per text. express. Concil. Trident. c. 2. An (14.) si paro-
 chus non admittat designatum à parentibus baptizandi, &
 alium, casu in Ecclesiam ingredientem, vocaverit, ut bapti-
 zatum puerum susciperet & tangeret, cum eo contrahatur
 spiritualis cognatio? Aff. modo aetus baptismi à suscipiente
 tuerit solenniter, ut decet, expeditus; interim dubium non
 est, posse parentem cum parocho, si forte per injuriam desi-
 gnatum repudiaverit, lege agere. (15.) Si in libro Curati sints
 descripti duo compates vel commates, non certificando,
 quis eorum sit verus compater, an ratione incertitudinis pro-
 hibentur sine dispensatione matrimonium contrahere inter
 sc? Resp. Neg. quia præsumtio est ex hisē libris publicis,
 omnes testigiles, add. supr. quæst. 7. An (16.) tacitus sit de sub-
 stantia, ita, ut eo deficiente, cognatio nō contrahatur? Resp.
 Aff. vid. supr. q. 2. An (17.) Verba patrini sint necessaria? Resp.
 Neg. Covarruv. p. 2. c. 6. §. 4. n. 7. Sanchez. 7. Disp. 56. n. 9. Zaf. I.
 c. n. 11, cū sola suscepio sit de substantia, cetera ad solennitatem
 quandam spectent. Dissentient alii, propterea quod suscep-
 sis officium consilat quoque in fidei jubendo pro infante, &

per:

(72.)

iper consequens absque verbis confici nequeat quorum opinione non promiscè damno. Nisi forte ad excusandos citatos Doctores, conducat, quod suscipiens, eo ipso, quod baptismo adesse velit, tacite sponsonem & reliqua patrinorum officia promisisse ac in se suscepisse videatur. (13.) Utrum parochus peccet moraliter, si ejus culpâ plures adhibiti, aut nulli designati sint. Resp. graviter eundem peccare arbitratur. *Pont. cap. 39. n. 11.* An (19.) pater, baptizans filium legitimum in necessitate, cognationem hanc contrahat respectu uxoris, ita ut nequeant, petere, nec reddere, debitum? Resp. Neg. cum per actum bonum & necessarium non debeat præjudicari matrimonio, c. ad *Simina. 30. q. 1.* Sed an idem dicendum, si extra necessitatem parent baptismaverit? *Vallen. ad c. 2. x. de cogn. spirit. §. 8.* dicit maritum tunc non posse petere, teneri tamen reddere debitum, arg. cit. cap. 2. add. §. 1. huj. cap. 4. Non obstat c. *pervenit. b. l.* quod multis resolvit *Pone. c. 40. n. 8.* et seqq. licet non omnes ejusdem responsiones divinatorias arbitremur. Atque tantum de spirituali cognatione, quæ tot diversas anxietates Canonistis peperit, dixisse sufficiat; prostant adhuc innumera ferè alia, quæ tamen in medium proferre religio est. Gratulor idcirco Augustanis Confessoribus, quod re hâc adiaphorâ amplius non attenta, hisce difficultatibus extricandis tempus elocare, non habeant necesse.

§. IX.

Progedior jam, ratione Effectus patrinorâ, ad alia quæsita, à Doctoribus potissimum juris civilis, probabiliter certè, per antea remotam cognationem spiritualem seductis, in medium productâ, quæ, quoniā in praxi maiorem habere utilitatem videntur, similiter in certas quæ-

stio-

stiones redacta, luci veritatis publicæ sistam. Quæritur igit
 tur (1.) An patrinus susceppto tenetur ad alimenta? Relp.
 Dubitate in hac materia Baldwin. Authent. nisi regati. C. ad
 SC. Trebelian. Bened. in repet. ad c. 1. de Testament. n. 717.
 Nic. Per. in tract. success. ab intest. char. 3. Sed ego, autori-
 tate Canonica suffultus, omnino arbitratem rem præcie af-
 firmandam esse. Si enim verum est, Ecclesiam nunquam
 dispensare in cognitione spirituali, adeoque pater spiri-
 tualis magis sit diligendus & dicendus pater, quam carna-
 lis, juxta Panormitan. in c. fin. de purg. canon. & Tiroq. in l. q.
 unquam. n. 25. C. de revocand. doct. at. huic autem alimenta ex l.
 s. §. 2. ff. de Lib. agnoscend. absq; omni contradictione compe-
 tant; sequitur indubitate & patrinum hæc liberalitate le-
 gum gaudere debere. Consentient mecum Francisc. Curt. de
 Testib. conclus. 30. in fin. Speckhan. Qq. Jur. cent. I. q. 52. n. 10.
 Philip. Franc. ad c. 1. de cognat. spirit. n. 6. Job. Fal. in l. 1. C. de A.
 lend. liber. Negant hoc J. C. ti nostrates præteritum Schneider.
 ad §. sed & (i) quis. Inst. de Action. n. 2. quod & mihi arridet, nō
 quidem ex ratione ab iisdem allegata, (nam ex arg. l. 26. C. de
 Nupt. Pontificiorum argumentatio, omnino remonstrari
 potest) sed quia nostris moribus patrini ferè soli ut se obligant
 ad curam educationis in fide. Quoad si vero, præter
 hanc tutelam, insimul in se suscepisse, aut peculiari aliqua
 promissione se ad curam rāv. diuinā obstinixissent, aliud
 dicendum, videtur, vid. Gisbert. Voet. in Polit. Ecclesiast.
 p. 1. 1. 2. tract. 2. sect. 3. cap. 4. q. 8. præsertim si concurrant
 in patrino divitiae & in suscepsto præsens admodum egestas;
 quia tunc, ipso jure naturæ & gentium vadente, ad suppœ-
 tias inopi proximo serendas tenetur, quid? quod sapius
 officio magistratus, ino jure belli ad id in casu necessita-
 tis cogitur. Idem pronunciandum de quaestione (2.) an
 vice versa suscepitus patrimum alere & sustinare cogatur?

(74.)

atram si eandem simpliciter affirment. *Bled.* lib. 1. *Philolog.*
Tiraquell. de *Poen.* temperandi cauf. 21. n. 9. *Speckham.* c. n. 11.
qui parentibus spiritualibus actionem honorariam adver-
sus filios suos in casu egestatis proditam esse statuunt, add.
Surd. in *Tract.* de *Aliment.* tit. q. 2. *Johann. Jacob. Speidel.*
in *notab. Jurid. verb.* *Gevatter.* 35. p. m. 40. Huc pertinet
(3.) an patrinis, à filii spiritualibus conventis, & contra ,
concedi debeat privilegium competentiæ. Affirmant a-
pud *Tiraquell.* cit. som. 7. num. 10. p. m. 30. *Job. Fab.* & *An-*
Ecl. Aretini ad §. sunto præterea. *Instit.* de *Actionib.* Neg.
Scheidervv. l. c. quia privilegium competentiæ, est ita per-
sonale, ut etiam ad hæredes habentis non transeat; l. cum
maritum. & seqq. ff. solut. matrimon. qui tamen cum defun-
cto una & eadem persona reputatur. Excerta periorix
enumerantur in jure, quibus hoc privilegium cotopetit,
inter quas non reseruntur prædictæ. Ad illas enim non
debet fieri extensio, quia hoc in jure non reperiatur expres-
sum; & nos absque lege loqui erubescimus, arg. m. v. 18.
Nobis placet distingvere inter dæbita, num videlicet pa-
trinus conveniatur a suscepto ratione pecunia instricæ,
fortean in baptismo promissa, arverò ex debito aliunde
contracto. Sin prius, quia dæbitum promissum ex dona-
tione erit, putamus privilegio locum esse, arg. §. 38. *In-*
stit. de *Actionib.* quia donatori competit, l. 41. §. 2. ff. de-
re judicari. Sin posteriorius, omnino totum debitum exsolva-
re, non obstante cognatione, adstringitur. Quæritur (4.)
An si quis legatum reuinquit sub prætextu patrinatus, er-
Were sein *Gevatter*? si causa postmodum reperiatur fal-
sa, legatum vitetur? Affirmant *Sichard.* in rubr. C. de *In-*
stit. & *Subst.* n. 12. p. m. 777. *Wibner.* *Observat.* *Prædic.*
verb. *Gevatter.* p. m. 225; quia præsumitur, testatorem fi-
mali.

naliter responisse ad illam affinitatem spiritualem. Negativa tamen videtur verior, propter *l. Demonstratio. 17. §. 15.* *ignatur. r. f. de Condit. & Demonstr.* ubi expressè dicitur: Si in persona legatarii designanda aliquid erratum fuerit, constat autem, cui legare voluerit, perinde valet legatum, ac si nullus error intervenierit. Secus esset, si conceperint *Wechner. & Sichard.* casum conditionaliter, v. g. legatum debet valere, posito eo, quod Titius futurus erit meus patrinus, *arg. §. 13. l. c.* Alii respondent distinguendo: an legatum alicui fuerit derelictum sub certa quantitate, an vero non, *arg. §. sed §. 15. Inst. de Legat.* quod non attendimus. Quæritur (5.) An pena ordinaria parricidii teneatur, qui patrionum suum dolosè occiderunt? Affirmant *Speckhan. l. c. n. 6.* cum *Gloss. ad can. aut facta verb. parentem. de Parentent. distinct. 1.* quia non minus puniendus est, qui occidit patrem spiritualem, quam qui carnalem, *arg. c. Pitacium. 30. q. 3.* Negativam pro nunc amplectimur ex sepius agitatis rationibus: magis siquidem pena digni-
censetur baptizati propter presumtam affectionem; non autem majori poena eosdem afficiendos esse credimus, id-
que multo magis, quod nostra opinio praxi videatur quo-
tidiana apud Augustanos conformis. His jungi possunt
ex multorum quoque Pontificiorum mente, quod cognatio spiritualis maxima ex parte ad matrimonium ejusque
impedimentum restringatur, adeoque ad odiosa, & atro-
cissima, uti hæc pena est, extendenda non sit. Non ob-
stat. *§. alia deinde 6. Inst. de publ. jud.* ubi dicitur, quod, si
quis eum, qui affinitatis ejus, quæ nuncupatione parentum
continetur, fata præparaverit, sive clam, sive palam
id ausus fuerit, nec non is, cuius dolo malo id factum est,
vel conscientius criminis existit, licet extrancus sit, penam par-
ticipi-

(76.)

parricidii puniatur, videlicet suffocatione in aqua. Jam vero, ut sapius monitum, ex opinione Juris Civilis & Canonici, major est cognatio spiritualis, quam affinitas per nuptias contracta; Ergo & magis, debet applicari pena cullei. Sed Resp. cum Wesenber. & Hottomann. ad cit. §. Perez. ad tit. c. de his qui lib. orcid. n. 9. Carpz. prax. crimin. p. 1. q. 8. n. 4. hunc paragraphum ad verbum ferre transpositum & descriptum esse ex tit. cit. Codic. in quo non vox affinitatis, sed potius affectionis habetur. Suated igitur ratio, ut etiam hic locus corrigatur, ita ut sensus sit: eum tantummodo hoc supplicio gravissimo parricidii teneri, qui verum parentem occiderit, non etiam hunc, qui parentis loco judicatur.

§. X.

Quæritur (6.) An patrinus pro suscepto, & vice versa, possit testimonium ferre? Negant hoc Menoch. arbistr. cas. 100. lib. 2. (quem Speidel. verb. Gebattern. sed falso refert, cum potius contum rarium asterat, & rem judicis arbitrio derelinquit) Grot. de Testib. n. 103. Mascal. de Probat. vol. I. conclus. 332. n. 8. & seqq. & vol. 3. conclus. 1357. n. 50. Fulg. ad l. quinque I. §. prator. I. ff. de in jus votand. Alexand. de Mol. ad l. cit. n. 5. Socin. ad h. l. n. 12. Bald. ad l. generaliter. 25. ff. de in jus votand. Salicet. in l. testis idoneus. 9. ff. de testib. motus arg. leg. si quis alumnam. 26. C. de nupt. Contra vero hanc sententiam affirmant Bald. & Salicet. (pro more certè solito inconstantes) in l. parentes. C. de testib. Flor. rian. de Bonon. in l. testis idoneus. 9. ff. de testib. quia omnes, qui non reperiuntur prohibiti esse testes in titulo de testibus, hi possunt esse testes. Ratio rationis est, quod illud Editum de Testibus est prohibitorum certarum personarum, tam in causâ criminali, quam civili, l. i. pr. ff. de Testib. ergo cum non reperiatur prohibitus patrinus, juxta cit.

etc. Autor. jung. Iason. In l. apertissimi n. 9 G. de iudic. Jacob.
 Ayer. Process. Histor. cap. 7. observ. 3. per tot. præsumitur
 esse adimittendus. add. Bartol. à Saxo ferrat. Cons. 10. n. 8.
 Crato. cons. 10. n. 1 Corn. cons. 61. n. 14. vol. 2. Ad iura in
 contrarium allata respondent. Ias. Bald. Salicet. l.c. eadem
 loqui & intelligenda esse taedium quoad impediendum ma-
 trimonium contrahendum; que decisis an fatis faciat ne-
 gantium argumentis, alii videant. Certum enim est ex arg.
 l. 26. C. de Nupt. uti & ex toto Corpore Canonico, eandem,
 si non maiorem, patris spiritualis, quam carnis esse con-
 ditionem. Quicquid tamen sit, nos imprimis patrum
 attinet, statim a parte affirmantium, credimusque patri-
 num testem pro suscepito esse posse, non tantum in civilibus,
 sed & in criminalibus, idque ex observantia fori & proces-
 hodierni, qui spirituali cognationem in hoc puncto ju-
 diciali parum curat. Interim propter præsumtam amicitiam
 & affectionem cum suscepto neutriquam ex patrino facimus
 testem omni exceptione majoren, sed eum admittendum
 tantum, nec simpliciter adeo rejiciendum arbitramur cum
 Konig. in Process. c. 75. n. 6. Crot. de Testib. p. 4. n. 69. Jacob.
 Ayer. in process. jur. histor. cap. 7. observ. 4. n. 11. Rip. in l.
 admixtendi. 31. n. 181. ff. de Jure surrand. Burf. vol. 2. Consil. 100.
 n. 58. Ceph. cons. 106. n. 15. Simile quid dicendam (7.) si disce-
 ptatur, an patrinus suscepti judex, & contra, esse possit?
 rametsi hoc quæsitum præcisè negent Speidel. Menach. Ma-
 scard. Crot. ll. supracitt. Huc facit (7.) an suscepitus patri-
 num absque venia in jus vocare possit? Negant hoc; &
 jure quidem civili, arg. l. generaliter. 15. ff. de ius vocandi.
 ubi disertè dicitur: generaliter eas personas, quibus rever-
 entia præstanta est, sine iussu prætoris in jus vocare non
 possumus; jam vero patrini sunt ejusmodi personæ, quibus
 a susceptis reverentia præstanta est, arg. l. 26. C. de Nupt.
 K 3 E. in

Et ius vocari ab iisdem non possunt. add. Johann. Jacob.
 Speidel. notab. Jurid. verb. Gebatterschafft. Alexandr.
 Alciat. in l. 1. C. de in ius vocand. Tiraquell. in l. 1. s. unquam.
 8. verb. suscepit liberos. n. 28. C. de re vocand. donat. Speck-
 han. quas. 5. cent. 1. q. 1. Ascan. Clement. in tract. de pat. pa-
 test. effect. 3. n. 7. & seqq. Alexandr. de Imol. (excellentissimus
 iuris utriusq. Monarcha, sic enim vocatur in fin. super prim.
 Codic. p. m. 706.) cum Guilielm. de Gun. Bald. Angel. Paul. de
 Castr. Roman. Jason. al. cit. l. generaliter. n. 3. Jure cane-
 nico res magis certa est, arg. c. ita diligere zo. q. 1. ibiz
 Gloss. jung. Glss. ad c. pitzacium. verb. multo magis. ib. Gloss.
 ad c. qui dormierit. 27. q. 2. Dissentit e. uidem Ludovic. Ro-
 man. (sibimetipsi contrarius in in loc. supr. rit.) in l. sed fe-
 han. 10. §. prator. 12. ff. de ius vocand. ex eo fundamento,
 quod major sit conjunctio inter fratres. quam fit cum eo,
 qui est de sacro fonte levatus, & qui eum levavit; & tamen
 inter fratres habet locum actio famosa, puta actio de dolos;
 & sic possunt in ius vocari, l. filius. 33. ff. de dolos mal. juncto.
 cit. §. prator. Moribus nostris omnino verum est, specia-
 lem veniae impetrationem ab usu recessisse in citatione pa-
 rentum naturalium, adeoque multo magis spiritualium,
 modestè tamen & reverenter adhuc eandem petendam esse
 ipsa recta ratio persuadet, jung. Steruv. S. I. C. Ex. 5. th. 9.
 Carpzov. p. 1. Jurispr. Forens. c. 2. desin. 26. Nec minus con-
 troversum (9.) an pecunia ordinaria teneatur, qui patrinum
 suum bannitum receptavit. Sunt qui hoc affirmant arg. l.
 minimè. 35. ff. de religijs. & sumpt. funer. interim mitior
 nobis videtur negativa cum Speckhan. l. c. n. 7. & Tiraquell.
 caus. 21. n. 1. quemadmodum enim parendum ei, qui re-
 ceptavit bannitum cognatum, ita & ei, qui celavit com-
 patrem, arg. l. 2. de Recept. add. Paul. Castrens. vol. 1. conslo.

(79.)

229. [10.] Prolixissimè à num. 167. usque ad n. 177. per se-
ptem dubitandi rationes examinat Mager. c. 13. pag. 593. de
Advocat. Armat. quæstum: utrum filio protectori de-
fensio clientum contra spiritualem quoque patrem jure
prohibita sit? quod tandem num 178. negativè in omni-
bus lictis casibus decidit & ad rationes dubitandi respon-
det à n. 132: ad n. 192: Inter patrem enim, inquit ille, & fi-
lium spiritualem nulla existit civilis obligatio, quæ initum
inter advocatum & clientes tutioris promissæ ac debitæ
vinculum dirimit, sed ex cognitione illâ spirituali duntaxat:
necessitudo oritur; quæ potissimum impeditio[n]em matri-
monii in certis gratibus respicit & reverentiam quandam
inducit, ut communibus suffragiis receptum startit *Me-*
nnoch. Arbitr. quæst. cent. I. cas. 100. n. 2. Plura quæsita: an
stilicet patrinus absque cautione tutelam administrare; an
cum suscep[er]to contractum celebrare; an absque mandato,
nomine suscep[er]ti, in judicio comparere; &c. queat s[ic] h[ab]c vi-
ce sponte prætereo, quum inter omnes dispallecat; eadem
ex hac tenus fusius enumeratis satis superque clarere, an in-
fero pontificio primum ac tertium affirmative, secundum
verò negative; è contrario in fôro Augustano (quo-
ad mores hodiernos) primum ac tertium nega-
tive; secundum affirmative deciden-
dam esse.

CAP.



CAP. V. PATRINORUM ADJUN- CTUM ADJICIENS.

§. I.

Adjunctione susceptionis à Patrinis præfite est munus
novo suscepto post administrationem baptismi obla-
tum, vulgo numamus lustricus, Germanicè das Patens
Geld/qua pecunia in fidei datæ tessieram, vereque ad-
ministrati baptismi symbolum ac testimonium offertur. Haec
ad substantialia baptismi non pertinere, sed aquam cum
verbo plenam & integrum baptismi essentiam constituere,
adhibita invocatione Sacro Sanctæ Trinitatis, affusaque &
aspersa baptizato in nomine Patris, Filii & Spiritus S. aquâ,
tradit eum Gerhard. Loc. Theolog. de Baptism. tom. 4. sect.
3. n. 26. &c cap. 5. n. 88. Carpz. in Jurisprud. cap. 8. defin. 272.
l. 2. tit. 17. n. 1. Quando autem hic numerus lustricus pri-
mum dari coepit, perinde incertum est, atque ipsiusmet pri-
mus patrinorum usus. Quod enim nonnulli de Higino
proferunt cum Balduin. in Casib. Conscient. lib. 2. c. 11. cas.
8. Unm. Disp. 5. ad Process. iudic. n. 34. in fin. Joh. Baptif.
Casal. de Veterib. Christian. rit. c. 5. Perkins. Cas. Conscient.
l. 2. c. 10. q. 2. & aliis supra in §. 5. cap. 1. huj. Dissert. citatis,
nullis certis innititur fundamentis, quin potius vero pro-
babilitatis stat talo. Ex ipso quippe canone (potio, sed
non concessio, quod verus ille sit, qui communijat Higino
adscribitur in c. in catechismo. 100. distinc. 4. de Consecrat.)
constat, diu antea suis recipiendorum patrinorum inci-
rem in usu; quia Autor in codem non videtur introducere
velle morem patrinorum, sed jam introductum reformato,
mentio

mentio autem ibidem nulla sit pecuniae lustricæ, nec etiam ex aliis indubitatis scriptoribus demonstrari potest: hinc verisimile non est, morem hanc donandi unam cum i p̄lis patrini, aut non multò post fuisse exortum. Præterea tacent de hac donatione lustrali leges quoque nostræ civiles, ipse que Imperator Justinianus, per universam Juris corpus tot tantaque varia & J Ctorum & Principum effata proferens, ita quidem, ut minus probanda quorundam conjectura sit, voluisse eandem Legislatores nostros vel (1.) sub donationibus ad pias causas comprehendere, in iis, ubi singulare jus habent; in cæteris vero sub aliis donationibus; vel (2.) co tempore non frequentes de ea incidisse controversias, & prouinde Legumlatores eam præterisse arg. 1.3.4.5. & 10. ff. de Legib. præsertim sub Ethnicis Imperatoribus, ubi certe Christiani de ea pecunia ne hiscere quidem ausi sunt: vel (3.) eandem parvam frequenter esse summam: vel (4.) eam tempore Christianorum Imperatorum in abusum veniente, & postea, ut antea obtinuit, ad usum revocatam. Quidam, quod magis absurdum, (etiam censetur probabile Guill. Stuck. Antig. Convivial. lib. 1. c. 16.) huncce rituum dedueunt ab antiquis gentilium moribus, quorum ruderia etiam animadvertisimus apud Terent. in Phormion, verb. Porro autē Geta scrietur alio munere ubi ea pepererit, porro autem alio, ubi erit pueru natalis dies: ubi initiantur, omne hoc mater auferet, puer causa erit mittundi, &c. Quidam porro penitus opinantur, huic largitati ansam deditissim tres Orientis Reges, dona Christo infantulo offerentes: verum & hoc ægrè ad pecuniam lustricam applicari potest, utut eò inclinat Zeil. Cent. 5. Epist. 52. Quicquid denique sit, nobis hac vice sufficiat, donum hoc posito, quod jam usu receptum & approbatum sit, considerasse in tantum, in quantum in materia contingentia fieri possibile est.

§. II.

Concedimus igitur, potuisse evenire, quod aliquando propter ethnicorū persecutiones & seductiones inopi neq; non egeno infanti aliquid à patrinis, benevolentia ac liberalitatis ergo fuerit traditum; interim exinde nulla consequentia probabilis est extraunda, videlicet, quod tempore Higinī, nec post aliquot demum secula sit introducta. Nec ipsum tradendū ritum damnamus: pia siquidem ceremonia est & consuetudo, quā susceptores suum erga infantem realiter exhibent affectum, juxta ac in memoriam eidem revo- cant baptismum semel legitimè administratum: arha est, quā suscipiens quasi se obligat, ad exequendum id, quod semel infantī ejusque parentibus coram sacerdote, ratione pietatis & Christianitatis, promisit. Addunt nonnulli, quod sit quasi subsidium vitæ infantibus, præsertim pauperioribus, quo melius in omnibus religiosis ac honestis exercitiis à Præceptorib; informari queant, à Patrinis exhibiriū: Imo quod hieroglyphicum sit aliquid, quò infantes à Patrinis DEO contra Diabolūn; (quemadmodum milites seculi Principi contra hostem) conscribuntur: Sed hoc, sicuti ultra simile non extendimus, ita etiam non undiqueque damnamus. Faciat proinde vaniloqua multorum curiositas, quæ partim hanc suscepitorum crogationem simoniz accusat, partim & penitus abolendam fbadet. Usum siquidem, non autem abusum exoptamus, ingenuè interim confitentes, posse hoc laudandum negotium iterum atque sèpius in deteriori rapi partes.

§. III.

Possunt interim hancce donationem suscipere tam Patres, quam filiifamilias, tam ratione peculii castrensis vel

vel quasi, quam adventitii, præsertim irregularis, *Novell.*
117. cap. 1. §. 1. idque tam inter vivos, quam mortis causâ,
Fachin. in lib. 5. Controvers. 25. Ludvvel Exercit. 6. th. 8. l.c.
(licet dissentia Harpr. ad §. 1. Inst. de donat. qui loquitur
& decidi cuncta arg. 1.7. §. 4. de donatione peculii adven-
citii, in quo Patri competit usus fructus, alias quippe filius-
familias in hoc expedire potest, quæ sunt juris Gentium,
quale quoque est donatio mortis causa.) Præsumitur enim
filius juxta cit. 1.7. §. 1. ex justa & pia causa motus, donas-
se, præprimis, si non legitimum modum respectu persona-
rum, temporis & rei donatae excelerit. De peculio pro-
secutio nullum est dubium, eum de hoc in præjudicium pa-
tris impensas facere non valere. De foemina idem dicen-
dum, ratione honorum sibi reservatorum: Nam de bonis
dotalibus, (etsi forte æstimato datis) donare non potest. Sed
an hoc procedit ne quidem consentiente marito? Ita qui-
dare volunt arg. 1.21. Cod. de donat. pr. Inst. Quib. alien.
Licet, quod ibidem reperire non posui; cum textus loquar
non de utriusq; conjugis in dissensu bonis dotalib; con-
sensu, sed tantum si alienatio suscipiatur vel muliere in-
vita, vel marito dissentiente. Putarem maris stringere Nov.
61. cap. 1. §. 2. Sed nec ibidem omnis consensus, ne quidem re-
spectu immobilium rerum, rejicitur, quo potius ille saltus
non iteratus fuit post biennium: ut jam nil dicam de jure
Canonico, arg. cap. 2. de Jurejurand. in 6. His add. secundū
Ludvvel. Diff. cit Th. 1.2. l.c. quod maritus res dotales mo-
biles, sive servando servari possint, sive non, dissentiente
licet muliere, rectè alienet; arg. pr. Inst. quib. alien.
Licet, quis igitur de hac donatione pecuniaria, conser-
tiente marito ab uxore facta, ratione validitatis indubitabit?

(84.)

Huc quoque referimus bona uxoris paraphernalia. Imo defendere conabimur marito etiam discentiente, uxorem modice posse de dote & fructibus dotis, quatenus ad infan- tem suscipendum iustitiae fuit invitata, donare, licet ille eorum sit Dominus.

s. IV.

Solet autem pecunia lustricæ nomine venire, ex com-
muni consuetudine, pecunia numerata, etiamsi sèpius ar-
gentea vel aurea vascula, quid? Vasa, tum maximè apud
Magnates, (bch denen Einsiegnungen) imò res immobi-
les, fundos & rotas provincias animadvertisamus. Qui lu-
xus sub pena arbitria non se mel atque iterum inter subdi-
tos mediatos ad certam & statutariam portionem fuit lauda-
biliter restritus, daß sie nicht mehr als 12. Gr. 1. Thl. 1.
Ducaten ic. nach Gelegenheit ihres Standes und Betr-
mögens dürfens schenken und einbinden / perinde ut con-
vivia, de quibus supr. cap. 3. §. 12. Sed an valide, uti adul-
tis, ita quoque infantibus donari potest? Videtur quod
non, arg. I. 3. C. de acquirend. poss. I. 26. C. de donat. Affir-
mativa tamen stabilitur propterea, quia revera alteri, invito
quoque & ignorantia, res donari potest, arg. I. 10. ff. de do-
nat. ex parte tradentis, qui animum habet dominium &
possessionem à se abdicandi; licet non statim accipiens igno-
rans (p. outi hic infans) rei donatæ fiat dominus, vel pos-
sessionem acquirat, nisi forte per Procuratorem vel Tufo-
rem I. 32. §. 2. ff. I. 1. Cod. de acquirend. poss. cuius vices hoc
in loco Parentes ripplere possunt. Non obstant verba ulti-
ma I. 3. C. b. 1. Respondit enim Dn. Schroter. in Resolut. LL.
C. b. 1. Verba ista esse tantum relativa, non dispositiva, quia
hæc opinio Papiniani in toto nostro Corpore Juris non re-
peritur, sed contrarium potius in I. c. 32. §. 2. ff. b. 1. alia profert
Nicol. à Passer. Concil. Leg. p. m. 830. Salycet. ad I. c. de donato-
rum, 3. in fin. §. V. Da-

Datur hæc pecunia Iusticia, vel statim numerato & capte in actu baptismi infanti, vel promittitur saltim solutio; quo casu institui potest conditio ex lege, quoniam censetur pactum legitimum Constitutione Justiniani confirmatum, ut actionem produceret, *I. 35. C. de donat. argument. l. 6. ff. de part. junct. l. un. ff. de Condition. ex Leg. Hunn. 2. Var. Resol. Tr. 4. quest. 1.* Et hæc procedere posse arbitramur, etiam si avus istam in baptismo promissionem fecerit, post cuius morteui nepos suscepitus valide actione experitur adversus cohæredes, licet alias donatio inter Parentes & liberos regulariter non valeat, *I. 31. §. 2. ff. C. de donat. à qua tamen donatio ad pias causas, qualis & hæc est, excipitur, videatur Clav. 4. sent. §. donatio. quest. 8. n. 6.* Nec dubito ab avo, adhuc in vivis existente, nepotem hoc promissum condicere posse non obstante eò, quod inter patrem & filium nulla obligatio contrahiri possit, *I. 12. Inst. de O. ex delit. l. 71. de Furt.* Numeratur enim hæc donatio inter peculia quasi castrœnsia, *Carpz. Jurisprud. Consist. lib. 3. Def. 272.* ubi omnino obligatio validè contrahitur, licet privilegium competentia Parentibus hoc in passu non denegandum. Si tamen creditur patris suscepto donaverit ejusdem chirographium: multi ibidem privilegio locutione esse afferunt: multi contra arg. *I. 7. de Oblig. & Action. omnem actionem adversus parentem denegant.* Nobis arridet prior decisio, propter id, quod in peculio quasi castrœnsi pater tantum consideretur ut tutor legitimus, juxta *Carpz. J.F. c. 24. def. 13.* adeoque si à filio conveniatur, hoc non sit sub respectu filii, qui potius patris familias. Ex habendo interim & æquo, propter affectionem filii erga parentes naturalem, eidem beneficium competere debere existimamus. Sed quomodo, & adversus quem hæc actio instituenda

(26.)

enda in sequenti negotio: Titius ad suscipiendum rogatur, hic substituit Moevium quia ipsemet propter impedimenta se sistere non poterat; Moevius promittit certam sumمام, quare ritur an Titius conventus eandem solveret teneatur? nos non autumnamus, de facili aliquem alterum ita simpliciter substitutum esse, nisi eidem insimul instructionem addat, quid, quale, quantumque, ratione pecuniae lustrice, suscipiendo offerre debeat. Quod si igitur limites sibi praescriptos substitutus fuerit transgressus, omnino Titius tenetur, vi datae commissionis, Moevius autem ratione ejus, quod sua sponte superadjecerat. Aliud est, si pater infantis, sortè ad patrinatum inyitando, alium interea substituerit, vel, si substituens patrinus substituto nihil de donando in mandatis dederit; tunc enim, si substitutus quid promiserit, ipsemet tenetur. Sed datur ne eidem repetitio? Sanè, si substituens alibi quid pecuniae lustricæ communiter dare fuerit solitus, vel alias vivat in loco ubi donum hocce dare moris est, & substitutus consuetam & ordinariam summam, in dando vel promittendo, non sit supergressus, utique arbitramur actionem mandati, vel negotiorum gestorum substituto denegandam non esse quippe cum se gesserit solito more, quod etiam ipsemet invitatus principalis patrinus usus fuisset, si adfuisset.

S. VI,

Solet hæc pecunia, qua ut plerimum schedulae piam quandam gratulationem de baptismo jam novitex recepto continent, includitur, computatur à nostratibus in peculum quasi castrense infantis; quare à patre in alium quendam, quam infantis, cui donata, ulum converti nequit, prouti respondit *Consist. Supr. Dresd. apud Carp. prud. Consistor. l. 2. Defin. 272. in verb. darneben N. aus erlegen/daz er das Patengeld/ so nicht seine/ sondern des Kindes/*

(87.)

Kinderes/iviederum annichinen/ und zu anderer Absordi-
nung nicht Ursach geben soll. Hinc quoque liberis juxta
eundem Carpzov. Jurupr. Forens. p. 2. Confit. 24. Defin. 18.
hujus pecuniae lustricæ nomine tacito hypotheca in bonis
parentum competit. Prout etiam Scabini Lipsienses in
concursu creditorum inter hypothecarios collocarunt filia-
tum, ratione munerum, in baptismo à susceptoribus dona-
torum. Quod verum est, licet creditor chirographum pa-
tris filio in baptismo donaverit, ratione cuius similiter jam
dicta prærogativa gaudet, vid. §. 4. hoc. cap.

§. VII.

Ex hoc potrò sequitur, quod Parens in hac pecuniae
administratione tantummodo le habeat ut tutor legitimus,
sicut sibi, in illa dimidiam partem ususfructus attribuere
valeat. Licet enim alimenta infanti suppeditare ten-
etur, & haec pecunia ut plurimum cum ea intentione, ut in-
fantis usum atque alimentationem imperdatur; à Patri-
nisi donetur: Interim tamen, quoniam alias parens jure na-
ture necessaria partui procurare sit adstrictus, atque hoc
de donativum signatum administrati baptismi præ se ferat,
igitur ex communis totius Germaniae observantia (utut hoc
nesciat Jus Civile) ususfructus, prout in peculio quasi ca-
strensi denegatur, licetque econtratio infanti de eodem,
quomodo conunque velit, tam inter vivos, quam mortis cap-
disponere;

§. VIII.

De illo quoque videndum: an mutata religione, secun-
dam cuius ritum infans quis fuit baptizatus, & in qua suscep-
tor eū diligenter educare in baptismo vel exprelse, ut in
multis locis, vel tacite promisit, pecunia hæc lustralis repeti
possit? Quidā hoc præcisè affirmat, quoniam sicut in omni do-
natione donantis voluntas & intentio est spectanda, l. 3. ff. de
Donas.

(88.)

Donat. Cephal. lib. 3. consil. 400. n. 75. ita quoque hic suscep-
tor sub eo modo & lege infanti dare censetur, ut ille in ve-
ra religione christiana constanter permaneat, nec ab eâ defi-
ciat: sicut quoque eodem modo infans, dum pecuniam
hanc accipit, consequenter videtur se obligare, & promitte-
re, quod velit in ea religione permanere, vestigia & mores
vitæ & fidei susceptoris sui diligenter sequi. Ubi verò quis
non servat legem quam donator adjectit donationi, ibi dona-
tio revocari poterit. Fatemur hæc satis speciola esse, quæ ta-
men nos abolutè in suas partes propterea nō trahunt. Distingui-
mus quippe inter religionem in Imperio nostro, vigore
pacis religioꝝ & Instrumenti Pacis Cælareo-Succici, prohi-
bitam & approbatam. Quoad illam (v. g. Socinianam, Ana-
baptisticam, Quakerianam, &c.) assertum prius toleramus
& conditionem concedimus: quoad hanc verò (v. g. Luthe-
ranam, Reformatam & Pontificiam) negamus. *arg. art. 5. §.*
34. & §. 40. Inf. Pac. Osnab. 1648. Nulla quippe alteram pu-
blice privatimve concionando, docendo, disputando, scri-
bendo &c. lusq; deque habeat aut aliter spernat ac damnet.
Ergo nec, si susceptus ab una ad aliam transeat, dici politice
potest ipsum à verâ religione ad hæreticam transisse.

§. IX. Super sunt alia quaꝝ sita de pecunia Infantii promissa, an
nimurum donatio lustralis propter supervenientiam liberorum
possit revocari? Similiter an hæc donatio, posito, quod sumimam
500. solidorum excedat, insinuatione egeat? Verum quoniā utri-
usq; affirmativa decisio ex argumentis juris nostri manifesta est,
add. Carpz. I. s. t. 7. Rep. 63. n. 2. p. 108. idcirco uberiori enucleatione
super sedemus. Tibi interim, benevolē Lector, hoc quicquid est
speciminis ad disputandum propositi, seduli committentes. Plura
de eodem præferre potuimus, sed propter chartæ angustiā, cui
pepercimus, in hac tam fertili melle ubiores fuisse nesas vide-
batur. Vale interim, atq; si fortè maturiora, quid? saniora nos e-
docere volueris, obsequijum nostrum, promittente hoc ca-
lamo, certissime, promptissimeque Tibi sponde,

F I N I S.


Zecca, Driss., 1671 St.-Z



Vd 17



Farbkarte #13



J. J.
RINOS

Die

Waffern

PRÆSIDE

ORG. SIMONE. D.

EXHIBET

**N. JACOB. Wöß
IRTO. THURINGUS**

JENÆ.
s MÜLLERI. LXXIX.

32.
10+